

conjecturis. *Castilh. controu. lib. 5. cap. 82. à n. 41.* cum alijs à Docto Patrono appellatae pleno calamo congestis fol. 395. ad med.

418 Ratio est; quia non est verosimile, institutorem maioratus vocantem filios, & descendentes intellexisse de his, qui illicite sunt suscepti contra regulam *L. convenire ff. pact. dotal.* cum huiusmodi filij neque Deo, neque parentibus, neque hominibus amabiles, sed potius odiosi sint, *Cap. si gens 36. distinct.* & in concessione emphyteutica sibi, filijs, & descendentes, non comprehenduntur descendentes naturales, notant *Decius in cap. in present. n. 46. de probat. Cald. de iure emphyteut. q. 19. n. 31.*

419 Videamus nunc, an Actrix Domina Cæcilia, Domini Ioannis filia naturalis fuerit invitata expresse, aut tacite ad maioratus successionem? Quod expresse non sit vocata, expresse ex institutione liquet; & quod ex conjecturis, seu tacite invitata non fuerit, ex tenore institutionis facillime notum fiet, nam hæc à viro Regiæ domus aplico facta est, ideoque à successionem maioratus descendentes naturalem creditur exclusisse, cum primogenium ideo sit institutum, ut conservetur familia, & nobilitas instituentis. *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 5. Cabed. 1. p. dec. 132. num. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 11. n. 3.*

420 In descendentes naturalibus, neque familia, nec nobilitas parentum spectatissimorum conservatur, cum non dicantur de domo, agnatione, aut familia parentum. *Barthol. in L. tutelae in princip. ff. capit. minut. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 45. Gregor. Lop. in L. 2. tit. 15. part. 2. gloss. verb. sino el hijo mayor, col. 2.* & cum certum sit, quod sobolis naturalis nobilem vituperat progeniem, *L. si qua illustris, Cod. ad Orficiam. Mantie. de conjectur. lib. 8. tit. 7. num. 5.* non potest igitur dici, quod descendens naturalis ex conjecturis sit vocatus ad controversi primogenij successionem; ideoque Monialis amita Actricis pro legitima successionem obtinenda legitima persona à Iudice declaratur, quin obstat legitimatio Actricis, & lineæ prærensæ allegatio, ex his, quæ ab eodem Iudice dilucide enucleantur.

421 Rectissime etiam exclasa est Domina Dorothea intendens succedere jure proprio tanquam ex Domina Cæcilia, & Francisco legitime conjugatis habita, nam ex ipso, quod illius mater censetur exclasa à successionem maioratus, utique ejusdem filia ab eadem excludi debet, & ejusdem descendentes. *Gratian forens. cap. 568. num. 6. Gabriel Pereir. dec. 59. à num. 1. Surd. conf. 85. n. 10.* & subcisa vena deficit cursus, vel fluxus sug-

cedendi. *Fusar. de substit. q. 408. numer. 78.* Ex quibus, tanquam ad huiusmodi exclusionem, & pænæ petitæ ultimo libelli articulo absolutionem teneat iudicatum.

In eo tamen venit reformandum, dum illusterrimum Alphonsum declarat maioratus successorem, quando R. Monialis emisit spiritum, nam in maioratus successionem habitas, & proximitas legitima à tempore mortis successoris est attendenda. *Reyn. observ. 22. num. 11. Olea de cess. jur. tit. 3. q. 4. n. 1. plures referens, Amat. var. resol. 1. n. 56. Mier. de maiorat. p. 2. q. 8. num. 10. Giurb. de feud. §. 2. gloss. 13. n. 37. Vlyssipone 2. Decembris 1671. Cardoso.*

422 Variæ in hoc processu contendunt personæ, & unusquisque de suo jure satis edocuit, ita ut nihil amplius dici possit; & ut huc laboriosum processum decidere valeam, singillatim de utriusque jure agam, ut cum Imperatore unicuique jus suum tribuatur.

Contendunt ergo A. Cæcilia tanquam ultimi possessoris Ioannis filia, & descendens ab institutore, illa tamen qualitate illegitimitatis; contendit R. tanquam soror ultimi possessoris, & descendens utique ab institutore; affirmat vero opponens A. filia sibi maioratum pertinere, quia est descendens non solum ab institutore, sed etiam ab ultimo possessore, in illa que non dari circumstantia illegitimitatis, cum sit à legitimo matrimonio procreata: ultimo tandem putat assistens sibi esse adjudicandum maioratum, sed tamen post mortem R. ratione inhabilitatis, tam A. quam opponentis; hæc namque sunt circumstantiæ à partibus adductæ, de illis jam disputemus, ut decisionem interponamus; & prius agam de opponente, quam excludendam esse puto, sententia in hoc confirmata; postea de assistente, cui pro nunc non esse deferendum existimo, revocata in hoc sententia; postea vero, & ultimo disputabo de jure A. & R. inter quas meo iudicio est totalis controversia.

423 Asserit opponens sibi adjudicandum esse maioratum ex validitate institutoris, qui descendentes veros vocavit, & cū illa sit descendens, tam ab institutore, quam ab ultimo possessore, & proximior sine illegitimitatis defectu, omni casu, & omni jure præferenda esse, ad quod illam intricabilem, & defusam pro utraque parte multoties decisam allegat questionem, Vtrum filius legitimus ex naturali admittatur ad successionem maioratus? Quæ quidem quæstio meo iudicio in hoc jurgio otiosa, & superflua videtur, ideo de illa non curabo, cum ex alio magis adæquato,

quato, quoadme, fundamento opponens videatur excluſa, ut ſtatim apparebit.

425 Non dubitatur, imo patet ex contextura proceſſus contendi de ſucceſſione delata à morte Ioannis, omnes namque litigantes in eo conveniunt; neque etiam dubitatur tempore mortis prædicti Ioannis eſſe A. eius filiam, & matrem opponentis ſolutam, imo affirmat illam remanere in pupillari etate: ita edocetur ſatis abunde ex teſtibus ab A. productis, & eſt in confeſſo, & plane conſtat, quòd tempore delatæ ſucceſſionis adhuc opponens, neque nata, neque concepta erat, cum eo tempore adhuc eius mater non eſſet matrimonio adſtricta, neque de hoc dubitat ipſamet opponens, imo fatetur: in quibus terminis ſibi non poſſe prædicto tempore deferri maioratum planum eſt, cum non eſſet neque vere, neque fictione juris in rebus humanis, cum ſucceſſio deferatur tempore mortis poſſeſſoris, ex text. in *L. ſi cognatis* 20. ff. de rebus dub. *L. intervenit* 24. ff. de legat. præſtandis, *L. 1. §. ſi proximior, verſ. ſed ubi natus non eſt*, ff. unde cognati, *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 2. num. 19. & lib. 3. cap. 10. num. 8.* eandem tenent ſententiam *Solorzan. de jure indiar. lib. 2. cap. 17. numer. 90.* multi traditi ab *Aug. Barb. de jur. Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 8. num. 137.* *Olea de ceſſ. jur. 9. 4. tit. 3. num. 1. 2. & 14. cum ſeqq.* *Pelacs de maiorat. 9. 6. num. 47. & 48.* *Aug. Barb. in repert. verbo maioratus, pag 234. col. 2. verſ. maioratus ſucceſſione qualitas, Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 93. num. 1. & conſ. 413. à num. 27. cum ſeqq. & conſ. 315. à num. 23.* *Flores ad Gam. dec. 27. Lara de capell. lib. 2. cap. 9. à num. 59.* *Caffan. conſ. 26. n. 16. cum ſeqq.* *Fufarius de ſubſtit. 9. 318. à n. 95.* *Marius Cutel. de donat. tract. 12. diſcurſ. 2. ſpecial. 6. num. 78.* & probatur hoc ex eo quia qualitates requiſitæ ad ſuccedendum ad eſſe debent tempore quo ſucceſſio deferatur, ex *Caſtilb. lib. 3. controuv. cap. 15. num. 2.* *Valenſuel. conſ. 83. tom. 1. confirmatur hoc ex verbis inſtitutionis fol. 17. verſ. ibi: Que depuis de ſeu falecimiento ſucceder; unde ex verbis conſtat deferri maioratum à tempore mortis poſſeſſoris; & quando teſtator ſe reſtrinxit ad certum tempus viſum eſt prohibitionem facere poſt illud. *Caffaneus conſ. 24. per totum: in ſimili tenet Capicius Galeota controuv. tom. 1. controuv. 48. à num. 18.* *Valenſuel. conſ. 21. num. 159. & num. 59.* *Cald. conſ. 75. num. 21. & 23.* pro qua etiam ſententia conſultit *Paulus conſ. 16. lib. 2.* & quamplurimi relati ab eiſdem DD. qui omnes plurima referunt fundamenta.*

426 Neque obſtat primum opponentis in hoc
Pars II.

puncto fundamentum relatum fol. 281. quia quamvis eſſet expreſſe vocata, hoc ſolummodo procederet caſu, quo tempore delatæ ſucceſſionis eſſet capax, quod opponens non habebat, cum non eſſet nata, neque concepta; & quamvis per deſcendentium vocationem omnes uſque ad infinitum ſint vocati, tamen deferatur ſucceſſio exiſtentibus tempore mortis ultimi poſſeſſoris; & ſatis abunde reſpondit, tam de jure, quam de facto doctus aſſiſtens Patronus in rationibus fol. 318. cum ſeqq.

Neque pro contraria traditi fol. 38. verſ. 427. num. 38. aliquid contra hanc reſolutionem probant; imo *Menoch. allegatus conſ. 413.* affirmat filium natum poſt delatum maioratum eſſe excluſum, ut videtur in verbis, ibi: *Postmodum Dominus Albertus exiſtens in Bano procreavit illuſtrem Dominum Galeatum filium, & ita videtur fuiſſe procreatum poſt delatam ſucceſſionem; & in fine Conſilij hæc inveniuntur verba, poſtquam expendit fundamenta pro jam natis, ibi: Concludo que D. Calcuſtum eſſe omnino excluſum; unde plus contra opponentem, quam pro illa facit prædictus D. & tamen in prædicta inſtitutione fuit appoſita clauſula illa: Et procreandos, & quancocunque naſcituſos, ut videtur in d. conſ. idem *Menoch. conſ. 496. num. 16.* quamvis affirmet ſuccedi naſcituſos, eſt quia ibi, ut ille ait, ſucceditur ordine ſucceſſivo, & deinde ex voluntate teſtatoris fuerunt vocati naſcituſi, ut ex eodem videtur, & ex facti ſpecie; idem vero *Menoch. conſ. 566. num. 8. cum ſeqq.* contrarium affirmat in verbis ibi: *Dicemus nunc quòd Dominus Annibal, qui, ut diximus, conceptus fuit tempore quo evenit conditio, debuit ſolus admitti; non autem alij deinde concepti, & nati poſtquam evenit conditio, caſusque ſucceſſionis: eodem etiam modo procedit in conſ. 698. num. 14.* ubi diſtinctionem facit in confirmationem noſtræ reſolutionis, ut ex eo videri poteſt; & eodem modo procedunt alij DD. ibi traditi, quos non expendo, quia eſſet proceſſum facere in infinitum, ſicque tranſeamus ad alia fundamenta pro aſſiſtente conſiderata.*

Aſſiſtenti non eſſe pro nunc deferendum dicerem; quia ille non dubitat ſucceſſionem eſſe delatam in R. tanquam in proximiorum ultimi poſſeſſoris, & deſcendentem ab inſtitutore, & ſolummodo poſtulat declarationem, nempe ſibi deferri maioratum poſt R. mortem; ſed hoc noſtrum non eſt, cum tantummodo teneamur decidere pro nunc, non vero pro tunc; ſi ille contendit jus habere poſt mortem poſſeſſoris, tunc de eo agitur.
Ooo ij tabit,

tabit, nunc vero illi non esse deferendum puto, & injuste iudex contra Ord. formam eum legitimum successorem declaravit post mortem R. in quo sententia venit revocanda, in qua revocatione, & in exclusionem pro nunc opponentis convenio cum sap. D. quamvis ex alio fundamento supra considerato; poterit namque opponens post mortem illius, cui adjudicatus fuerit maioratus, de jure suo edocere, de quo in hoc processu mihi superfluum visum fuit agitare, quare transeamus ad jura A. & R.

429 Valde inter DD. controversa se se nobis offert decidenda difficultas varie pro utraque parte decisa; impossibile namque erit sine periculo in hoc pelago navigare, sed Deo duce omnia hac luce clarescunt.

Nulla in facto est dubitatio; in jure tota consistit contentio, & ab illa pendet quaestione, utrum filius naturalis admittatur in maioratus successione? Et cum in maioratum materia principaliter sit attendendum ad disponentium voluntatem, ut tenet Ord. in lib. 4. tit. 100. §. 3. videamus institutionis verba, ex quibus meo iudicio pendet quaestione decisio: verba institutionis fol. 17. in fin. & vers. sic se habent, ibi: *Que terço avinçulaçãõ, & obrigaçãõ de bens de morgado da dita Senhora Dona Maria do Rio, & seu filho mais velho, que depois de seu falecimento succeder, & todos seus descendentes ao diante, preferindose sempre o varão à femea, & o filho do filho mais velho ao filho segundo, preferindose sempre o macho à femea.*

430 Hæc sunt institutionis formalia verba, ex quibus satis videtur institutorem vocasse non solum filias, sed etiam omnes descendentes; unde affirmat A. sibi esse adjudicandum maioratum cum habeat vocationem expressam per verba illa: *Descendentes*; cum sit non solum descendens ab institutore, sed etiam ab ultimo possessore Ioanne, cujus filia invenitur; & etiam quia per illam exclusa reperitur expresse amita, cum institutor affirmet præferendum esse filium patruo: opponitur tamen contra A. esse illegitimam, & ex hoc defectu censerem exclusam, quod si non daretur, admissam esse sine dubio affirmant omnes; videamus ergo an illi noceat illegitimitatis defectus.

431 Illegitimum in vocatione filiorum non esse admittendum ad maioratum tenent *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 48. & lib. 3. cap. 3. num. 45. Martha de success. legali p. 1. q. 18. num. 1. Avendan. in L. 40. Tauri n. 43. gloss. 11. Alvarad. de coniectar. mente defuncti cap. 3. num. 75. Mier. de maiorat. p. 2. q. 2. num. 1. Castilb. controu. lib. 5. cap. 82. num.*

41. & 47. *Tiraquel. de jure primog. q. 34. n. 1. & de nobilitate cap. 15. num. 11. Agyd. de privileg. & jure honest. art. 16. n. 17. Phæb. p. 1. dec. 32. num. 12. & dec. 57. num. 27. & p. 2. dec. 133. num. 7. & dec. 171. num. 28. Percir. dec. 54. num. 4. Reynos. obser. 33. num. 4. vers. tamen, Flores variar. q. 16. num. 2. & ad dec. 24. Game in princip. qui omnes, & alij quam plurimi satis referuntur à Patrono R. in rationibus fol. 303. cum seqq. & fol. 395. Adducitur etiam contra A. autoritas rei iudicatæ per sententias fol. 173. & vers. & fol. 220. ubi multa in deliberationibus sap. DD. notatu digna inveniuntur: faciunt etiam contra illegitimitatem illa vulgaria, quod maioratus ideo fuit institutus ad conservandam nobilitatem, familiam, agnationem, ut colligitur ex Ord. in lib. 4. tit. 100. & quæ asserit doctus R. patronus, quæ omnia non dantur in filijs illegitimis, in quibus nec nobilitas, nec agnatio, neque familia conservatur, ut satis ex dictis apparet ab eodem patrono, ex quibus videtur A. esse exclusam.*

Fateor sane me valde perplexum in hoc puncto extitisse, & multoties in hoc negotio excogitasse ob auctoritatem tantorum DD. sed si inter illos meum licet interponere iudicium, semper in favorem A. meus pendit discursus, & moveor ex auctoritate, & rationibus adductis à DD. nempe à *Cald. cons. 9. Larrea dec. 32.* qui omnes mille alijs referunt, & tradunt, & multa quæ ibi videri possunt, & quæ *Gusman. veritat. juris, veritat. 5.*

Neque meo iudicio obstant in contrarium considerata, quia DD. affirmantes filias illegitimas non admitti ad maioratus successione loquuntur casu, quo in institutione vocantur, vel filij simpliciter, vel filij, & descendentes: patet ex *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 3. num. 45.* ibi: *Credimus ad primogenij successionem, in quo filij simpliciter vocati sunt*; qui est caput, & principalis Author hujus opinionis, ad quem omnes alij referuntur, ut est *Alvarad. loco citato, & Castilb.* & alij: qui omnes, ut ex illis satis apparet, semper loquuntur casu quo in institutione vocantur filij, vel filij, & descendentes; qui quidem casus valde dissimilis est à nostra hypothesi, quia ut patet ex verbis institutionis vocatur tantummodo filius numero singulari, ut patet ibi: *E seu filho*; & postquam relicta fuit vocatio filij, vocavit institutor alia diversa ratione descendentes, quin posuisset circumstantiam filiorum, ut patet ex verbis institutionis; & meo iudicio maxima datur differentia in uno

uno, atque in alio caſu ; quia vocatione filiorum ideo DD. affirmant non comprehendit illegitimos, quia iſti verè, & proprie non dicuntur filij, per *text. in L. filium definiimus*, & cum verba diſpoſitionum ſint accipienda in ſtricta ſignificatione, ideo filij ſub hac vocatione non comprehenduntur, quia de iuris rigore illegitimi non veniunt appellatione filiorum, ut ex omnibus patet.

433 At verò vocatio deſcendentium comprehendit omnes deſcendentes, tam legitimos, quam illegitimos, cum *Bartol.* & alijs quam plurimis tradit *Aug. Barb. de verbis appellativis, appellativ. 60. num. 8.* quamvis in natis ex damnato, & punibili coitu controverſum eſſe affirmet ; eſt namque hæc vocatio naturalis à jure naturæ, & non à jure Civili introducta, ut tenet *Bertach. in repertor. p. 2. lit. D. fol. mihi 83. in fin.* & in vocationibus deſcendentium, à jure naturali illegitimi continentur, ex *Peregrin. de fideiſcomiſſ. articul. 22 num. 89.* in hac namque vocatione naturaliter comprehenduntur omnes uſque ad infinitum, ex *Pelaes de maior. q. 6. p. 2. num. 118. Fuſar. de ſubſtit. q. 327. Menoch. conf. 585. num. 29. & conf. 1099. n. 14. & de præſumpt. præſumpt. 91. num. 6. Scovar de purit. q. 4. §. 1. num. 35.* innumerabiles in ſpecie maioratus tradit *Larrea dec. 32. n. 8.* quos non refero, quia ibidem videri poſſunt ; & cum hæc vocatio deſcendentium ſit magis ampla, & diverſa à vocatione filiorum, quæ eſt magis ſtricta, & DD. pro contraria traditi, & *text. in §. ex factō in L. ſiquis rogatus*, loquantur in conditione ſi ſine liberis, rectè ſequitur quòd cum in noſtro caſu non inveniatur vocatio filiorum, aliter eſſe dicendum.

Confirmatur hoc ex cauſa ; quia ſecundum *Ord.* formam in *lib. 4. tit. 100. §. 15. & fin.* non ſolum admittuntur ad maioratus ſucceſſionem filij ex legitimo matrimonio procreati, ſed etiam omnes deſcendentes, ut patet ex verbis, ibi : *E mandamos que ſe entenda naõ ſõmente nos filhos, & netos, mas tambem em todos os outros deſcendentes, em qualquer grao que ſeja, & em todas as outras peſoas, &c.* unde differentiam facit *Ord.* à filijs, & nepotibus ab alijs deſcendentibus ; ergo non immerito affirmo dari differentiam inter vocationem filiorum, & vocationem deſcendentium, cum prædicta *Ord.* eam faciat.

434 Deinde probatur differentia : quia *Ord.* in hoc §. loquitur ſimpliciter in deſcendentibus, & quando voluit ſub hac vocatione non comprehendere illegitimos, ſtatim exprimit, ut patet ex *Ord. d. lib. 4. tit. 100. in prin-*

cip. ubi agens de deſcendentibus ſtatim explicat, quòd habeant qualitatem legitimitatis ; ergo quando hæc qualitas non ponitur, & vocantur deſcendentes ſimpliciter illegitimi vocati dicuntur, aliter enim ſuperflua eſſet illa declaratio *Ord.* ut infra latius demonſtrabimus.

Neque dicas DD. allegatos à R. & affi- 435 ſtente etiam loqui in vocatione filiorum, & deſcendentium, & ita non procedere noſtram differentiam, cum adhuc affirmant in eo caſu eſſe excludendos illos illegitimos, ſed fateor ita colligi ex DD. ſed reſpondeo ideo dixiſſe differentiam dari inter vocationem filiorum, & deſcendentium ſimul, & in vocatione deſcendentium ſimpliciter ; nam cum vocatio filiorum, & deſcendentium habeat conjunctionem, *Et*, ſit inſeparabilis vocatio filiorum, & deſcendentium, & ita non poteſt verificari, niſi dentur ambæ circumſtantiæ ex natura dictionis, *Et*, quæ conjungit, ut tenet cum vulgaribus *Ang Barb. d. dictione*, & etiam quia verbum filij reſtringit generalitatem verbi deſcendentium, ut in ſpecie tenet *Fuſar. de ſubſtit. q. 327 n. 2. & conf. 2. n. 14.*

Replicabis: etiam in vocatione noſtri maioratus inveniri dictionem, *Et*, ut patet ex 436 verbis, ibi : *E todos ſeus deſcendentes*; unde videtur non bene ſtare prædict. diſtinct. ſed reſpondeo prædictam dictionem non ſemper eſſe conjunctivam, quia quando ponitur inter duas orationes, tunc non requirit cõcurſum copulativum, tunc enim ſolummodo inducit continuationem, ut cum multis tenet idem *Barb. dicit diction. 110. num. 10.* & quòd ſit inter diverſam orationem ſatis patet ex verbis institutionis, juncto exemplo, de quo idem *Barb. loco citato.*

Uterius hæc deſcendentium vocatio eſt 437 naturalis, & à jure naturæ introducta, ut ſupra late probavimus: atqui filij illegitimi attentato jure naturæ verè filij ſunt; eſt namque nomen naturæ ex dictis à *Peres lib. 4. Ord. tit. 1. verſ. hinc etiam eſt*; attentato namque tempore legis naturæ ante ſcriptas leges nulla erat differentia inter filias legitimas, & illegitimas, ut tenet *Justinianus in auth. quibus modis naturales efficiantur ſuis, coll. 7. in princip. & in princip. inſt. de jure naturali gentium, & civili*, hoc namque nomen filius eſt naturæ, ex *text. in L. tutelas in fine princip. ff. capite minut.* ideo attentato jure naturæ comprehendere naturales, quin obſtet *text. in L. filium definiimus ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris*; quia reſpondetur, hac in lege non tradi veram diſtinctionem filiorum, ſed quandam regulam, ſeu de-

terminationem, cum qua præsumimus, eum esse filium, qui ex viro, & uxore simul cum eo cohabitante nascitur, ut tenent multi traditi à Gabriel Pereir. *commun. tit. de præsumpt. concl. 14. Mascard. de probat. concl. 788. Duenh. regul. 344.* neque novum est utroque jure verbum, definimus, accipi pro decernimus, præsumimus, & definitionem pro regula, ex text. in *L. sius quoque, §. puto, ibi: Generalem definitionem, ff. hæredib. instit. ex L. mora ff. usur. junctâ explicatione Corras. lib. 1. miscelan. cap. 6. estque text. in L. omnis definitio ff. regul. jur. ut ex gloss. ibi notavit Carol. num. 58. Pinel. in rubr. de rescindend. p. 2. cap. 3. num. 28.* & ita explicant DD. hunc text. ut constat ex Alberic. & Corras. ibi Gom. in *L. 9. Tauri num. 2. Menoch. de arbitr. cas. 89. num. 19.* Ergo cum hæc vocatio sit naturalis, & filij illegitimi à natura tales vocentur, ideo naturales nominantur, recte sequitur in vocationibus naturalibus comprehendere, & ideo in vocationibus civilibus à lege introductis, ut est filiorum, DD. pro contraria parte adducti eos non comprehendere affirmant, cum à legibus civilibus sit inductum, quod filius proprie sit ex justis nuptijs procreatus, in *d. L. filium definimus*; & ita non immerito fecimus differentiam de qua supra; & cum illa respondetur sententijs fol. 173. & vers. & fol. 220. quia etiam in institutione fol. 177. semper fuit vocatus filius ex filio, tam ante vocationem descendantium, quam post illam, ut legenti apparebit; ideoque sap. DD. tunc temporis deliberantes naturalem excludendum esse judicarunt, & patet ex prima deliberatione fol. 188. ibi: *Et de filijs, & descendantibus fit mentio, & ex secunda ibi fol. 187. vers. Ex eo quia quando filij sunt vocati.* Ergo diversimode procedit prædicta sententia, cum nostra institutio loquatur tantum de descendantibus, quando habeat connexam, & conjunctam filiorum vocationem. Secunda sententia eodem modo procedit, & videtur in prima deliberatione fol. 220. ibi: *In qua simpliciter filij vocati sunt.* Ergo cum diversam habeant formam in institutione nihil faciunt, cum à diversis non fiat illatio.

438 Confirmatur hoc; quia sumus in dispositione hominis, in qua verba sunt intelligenda proprie, ut tenet Pereir. *de Castr. dec. 116. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 21. n. 17. Valensuel. cons. 23. num. 104. Gam. dec. 305 aliàs 308.* & in qua verba, quibus fit mentio alicujus personæ cum aliqua qualitate, debent intelligi de eo, qui habet vere, & naturaliter illam qualitatem per text. in *L.*

fin. Cod. bis qui rem ætat. Larrea dec. 24. n. 18. ibi: Testantium verba semper sunt in sensu, & significatione naturali non civili: Carranc. de part. legitimo cap. 2. §. 4. Ergo cum vocatio descendantium vere, & naturaliter, & proprie comprehendat illegitimos, ut diximus supra, nihil mirum quod in nostro casu illegitimum admittendum esse dicamus, cum vocentur descendentes.

Secundo ex eo nihil, quoad me, inducunt DD. traditi pro contraria; quia ut ex illis videtur loquuntur in Regno Hispaniæ fundati in lege illius Regni, *L. 2. tit. 15. part. 5.* quæ est expressa in verbis, ibi: *Que huviesse de su muger legitima*; ut ex omnibus DD. satis colligitur, & ex illis videri potest; ergo cum simus in nostro Regno, in quo non debemus stare per leges aliorum Regnorum, nihil mirum, quod aliter judicemus, cum hoc idem teneat *Castilh. controvers. p. 2 lib 5. cap. 82. num. 42. vers. Cald. Pereir. &* quamvis dicas hoc idem teneri in nostro Regno per DD. illius, ex illis tamen videbis hanc proponere quæstionem tanquam traditam ab Hispanis, & etiam loqui in casu in quo filij sunt vocati.

Ego vero ex hac lege Hispaniæ confidero non bene colligi ex illa filios illegitimos esse excludendos; imo potius ex illa infero esse expresse, vel ad minus tacite vocatos: quia ut ex illa videbis in princip. quando agit tantummodo de particularibus, & de successione parentum, ponit hæc verba: *el hijo mayor,* quin ponat aliquam circumstantiam; postea vero agendo de successione Regni, tunc non solum ponit verba illa, *hijo,* sed addit verba illa: *que huviesse de su madre legitima;* ergo cum in hoc casu ad excludendum illegitimos, quia agebatur de Regni successione, expresse vocasset filios natos ex legitimo matrimonio, sequitur in alio casu velle illegitimos admittere; exceptio namque firmat regulam in contrarium, & simile, & meo iudicio ratio differentiarum erat; quia in successione Regni cum sit maior dignitas, ideo excluduntur illegitimi, ut tenet *Valasc. de just. acclamat. pag. 378. num. 6. & pag. 398. num. 41.* in alijs vero successione non isti excluduntur, cum natus ex nobili fruaturnobilitate patris per legem ejusdem Regni, *L. 1. tit. 11. part. 7.* tenet *Peres lib. 4. Ord. tit. 1. vers. contrarium tamen,* & refert *Greg. Lop. &* alios, & etiam verba ejusdem legis; & tenent quamplurima tradita per *Gusman. verit. jur. verit. 5. per totam:* ergo perperam ex Hispaniæ lege deceditur esse illegitimos exclusos, cum ex lege expressa ejusdem Regni patris nobilitatem habeant, & hoc

& hoc quoad Regnum Hispaniæ, in quo etiam invenitur clauſula illa, *mayor*, quæ multum facit.

440 In noſtro vero Regno, meo iudicio, videntur illegitimi expreſſe vocati, quamvis non ſit per verba expreſſa, tamen ex coniecturis; quia ſi attenter legatur *Ord. lib. 4. tit. 100.* in toto titulo non loquitur de filiis legitimis, niſi in princip. tituli, quando agitur de repræſentatione, tunc enim ſemper prædicta *Ord.* vocat filios, & descendentes legitimos, poſtea vero de maioratum ſucceſſione agendo, nunquam uſus fuit legiſlator de vocatione filiorum, neque de circumſtantia illegitimitatis, ut patet in §. 1. ubi loquitur per verba, *frater, ſoror, & parens*; & in §. 2. ubi eadem forma, nec verbum quidem invenitur circa legitimitatem; ſed uſus fuit legiſlator per verbum, *parens*, & ſic de ceteris uſque ad finem tituli, & §. *ultim.* loquutus fuit per verbum, *todos os outros descendentes*; quam plurima infero ex hac *Ord.* hac forma diſpoſita in favorem A. Primum, quòd in omnibus vocationibus cum legiſlator non poſuiſſet verbum, *filhos*, neque verbum, *legitimos*, ſed ſemper verbum, *parentes*, & verbum, *descendentes*; quæ vocationes ſunt generales, & naturales comprehendentes omnia, quæ veniunt à jure naturali, ut ſupra demonſtravimus, ſequitur expreſſe legiſlatorem vocaſſe illegitimos incluſos in prædictis vocationibus.

441 Secundo colligo ex prædicta *Ord.* eſſe expreſſe admiſſos illegitimos, quia ut patet in princip. expreſſe *Ord.* vocat natos ex legitimo matrimonio, quando agit de jure repræſentationis, tanquam advertens, quòd ſi hoc in illa diſpoſitione non expreſſiſſet, etiam illegitimi admitterentur in jure repræſentationis, ſed cū hoc noluiſſet legiſlator ex illa ratione, quia illegitimus non poteſt patrem repræſentare cum qualitatibus datis in eodem patre, cum illi deficiat qualitas data in patre nempe legitimitatis; ideo expreſſe decidit, in illo caſu repræſentationis requiri, quòd perſona repræſentans ſit legitima, nata ex legitimo matrimonio; & cum hoc expreſſiſſet, jam diſtinctionem fecit, & demonſtravit in alijs vocationibus factis, descendentium, & ſimilium, comprehendere etiam illegitimos, cum in eis non exprimitur, quòd ſint legitimi, neque inveniatur ibi vocatio, neque nomen filiorum, ſed ſemper vocatio fratrum, parentum, & descendentium, ut ex prædictis locis late videbitur; exceptio namque firmat regulam in contrarium, & in hoc caſu habet locum argumentum à contrario.

Tertio colligitur ex prædicta *Ord.* quòd 442 quando filij naturales, ſeu illegitimi non inveniuntur expreſſe excluſi, eſſe admittendi ſub vocatione parentum, ſeu descendentium, & hoc comprobo ex multis deductis ex prædict. *Ord.* Primum, quia ut hic patet in princip. excluſi expreſſe videntur, & ſi iſti generaliter eſſent excluſi, ſuperflua eſſet hæc expreſſio, & in peritis non debent admitti ſuperflua, ut notum eſt. Secundo, quia juxta *Ord. in §. 3.* deciditur, quòd diſpoſitum in §§. *antecedentibus* ſervetur, niſi aliter à teſtatore fuerit diſpoſitum, & cum antea ſit diſpoſitum, quòd ſuccedat in maioratibus parens conſanguineus proximior ultimi poſſeſſoris, cum ſit de ſanguine inſtitutoris abſque alia declaratione, & hæc circumſtantie dentur in filiis illegitimis, qui ſunt conſanguinei proximiores ultimi poſſeſſoris patris, & de ſanguine inſtitutoris, quòd negari non poteſt, cum ſanguis non proveniat ex matrimonio, ſed ex generatione naturali, recte ſequitur decidi in *Ord.* quòd admittantur illegitimi, quando aliter diſpoſitum à teſtatore non ſit; & cum in hoc caſu non diſponatur per verbum, *filhos*, ſed per verbum, *parente*, & de ſanguine, admitti dicendum eſt. Tertio, quia in præd. *Ord.* quando in §. 4. agitur de ſucceſſione bonorum Regiæ Coronæ, cum in eis non admittantur illegitimi per *Ord. lib. 3. tit. 35. §. 12.* ſervari diſpoſitum in *Ord. lib. 2. tit. 35.* expreſſe ſtatim deciditur, quali diceret; certum eſt in maioratu ſuccedi illegitimos, ideo cum voluntas ſit, quòd non ſuccedent in his bonis, decidemus expreſſe hanc dubitationem, quævis jam in hoc caſu eſſet diſpoſitum, quia dubitaretur utrum per hanc *Ord.* ut ſequentem, illa anterior cenſeretur derogata. Quarto, quia ut patet ex prædicta *Ord. lib. 2. tit. 35. §. 12.* dubitatum fuit, an bonis Regiæ Coronæ ſuccederent illegitimi per illam vocationem filiorum, ut patet d. §. 12. ibi: *Terceira duvida, ſe a dita Ley haveria lagar no filho, ou neto natural, & ibi: Ou por nomeação feita pelo pay em ſeu teſtamento, nomeando-o por filho*: ergo non eſt hoc indubitatum, imo potius videntur multoties expreſſe excluſi, ubi leges volunt non eſſe admiſſos; quòd evidenter ſuadet, ut admittantur in illis caſibus, in quibus expreſſe non inveniuntur excluſi.

Quarto moveor ex prædicta *Ord.* quia ut 443 ex illa patet, agendo de jure repræſentationis ait, quòd in descendentibus detur repræſentatio, ſed ſtatim declarat procedere in descendentibus legitimis, ut patet ibi: *De maneira que o filho, & ſeus descendentes legitimis*;

443 *legitimos*; & ideo expressit, quia cum hæc vocatio descendendum sit naturalis, & in illa intelligantur etiam illegitimi, quia repræsentatione excluduntur, ideo expressit non intelligi vocationem factam in *Ord.* de illis illegitimis, & sequitur quod quando vocantur descendentes absque expressione legitimitatis, comprehendi illegitimos, & cum ita ad maioratus successionem vocentur descendentes in prædicta *Ord.* §. 15. sequitur ex prædicta *Ord.* esse expresse vocati illegitimi: idem etiam patet ex prædicta *Ord.* in princip. ubi etiam loquitur in descendentes addita circumstantia legitimitatis, ut patet ibi: *Descendentes legitimos*; quod confirmo ex repetitione additionis legitimitatis, nam tripliciter agens de descendentes semper expressit legitimitatis circumstantiam, cum tamen jam dispositum esset jus repræsentationis solummodo clausulam obtinere in legitimis, & cum hæc circumstantia toties repetita inveniatur, sequitur, quod quando non invenitur, intelligi sub descendendum vocatione illegitimos, & veram esse distinctionem à nobis supra consideratam.

444 Quod confirmo, quia si vocatio descendendum non comprehenderet illegitimos, superflua esset illa repetitio toties facta à nostro legislatore in princip. legitimitatis, cum etiam in §. 15. illa descendendum vocatione uteretur: atqui illa usus fuit ad declarandum solummodo illegitimos comprehendi in repræsentatione; ergo sequitur quod quando non declaratur, comprehendi illegitimos, cum in legibus non dentur verba superflua, & per consequens veram esse nostram distinctionem.

445 Quinto colligo ex prædicta *Ord.* quod vocatio filiorum non excludit illegitimos; quia prædicta *Ord.* agendo de filiis, ut ex illa videtur, cum voluisset in repræsentatione admittere solummodo legitimos, expressit circumstantiam legitimitatis, quod aliàs non esset necessarium, si sub vocatione filiorum illegitimi non comprehenderentur; idem deducitur ex *Ord.* lib. 2. tit. 35. §. 12. ergo cum in institutione nostri maioratus vocentur descendentes simpliciter absque circumstantia legitimitatis, indubitatum videtur meo iudicio, esse admittendos illegitimos, & per consequens A. cum ultimi possessoris sit filia, & ita proximior, & de sanguine institutoris, ut requirit *Ord.* lib. 4. tit. 100. §. 2.

446 Sexto colligo ex eo, quia secundum prædictam *Ord.* lib. 4. tit. 100. §. 5. quando disponitur, quod si duo maioratus fuerint conjuncti ratione alicujus matrimonij, succedat

449 filius maior natus, & secundo natus in alio, non loquitur in vocatione descendendum, quia cum agatur de re virtute matrimonij conjuncta, ideo legislator loquutus non fuit per vocationem descendendum, sed per vocationem filiorum cum circumstantia maioritatis: & si dicas quod *Ord.* in §. 8. etiam fuit loquuta per verbum, *descendentes*, ut ex illa videtur; attamen statim jungit circumstantiam illam, nempe, quod sint tales descendentes, in quibus effectum habere possit prædicta dispositio, ut expresse patet ex verbis *Ord.* ibi: *Omnes descendentes, nos quæ possit habere effectum a divisione, & separatione*; unde cum in omni casu, in quo *Ord.* voluit quod descendendum vocatione non intelligeretur de illegitimis, statim expressisset, sequitur à fortiori, quod casu in quo non expressit, voluit de illis intelligi, & cum in nostro maioratu non sit aliquid contra illos expressum, imo inveniatur vocatione descendendum, sequitur esse admittendos, cum simus in dispositione regulari, de qua *Ord.* lib. 4. tit. 100. §. 2.

In favorem A. considero etiam verba institutionis, ubi quando institutor loquutus fuit in matrimonio, tantummodo vocavit filium numero singulari, non vero filios numero plurali; quæ quidem vocatione numero singulari est stricta, & ad illum tantum filium, non vero ad alios extenditur, præcipue cum verba teneant circumstantiam illam, ibi: *E seu filio*, in quibus terminis hæc vocatione est restrictiva, & non potest ad alios extendi ex traditis à *Fusar. de substitut. q. 327. num. 2. cum seqq. usque ad num. 10.* ubi multa congerit; unde cum institutor agens de matrimonio solummodo vocasset filium ex eo natum, & postea in diversa oratione vocasset descendentes, quæ vocatione est naturalis, & ampla ex supradictis, & traditis à *Fusar.* ubi supra *num. 5. cum seqq.* satis apparet institutorem velle admittere illegitimos, siquidem agendo de filiis statim se restrictit ad vocationem filij numero singulari; quia ex illo matrimonio tunc celebrato certum est nolle illegitimum, & ideo demonstrat ulterius non cogitasse de filiis, neque de legitimitate, cum non vocasset per verbum, *filios*, sed descendentes in communi.

Dices etiam in vocatione descendendum 448 reperiri verba illa, *seus*, & ita eodem modo esse dicendum: sed respondeo cum *Fusar. n. 10. cum seqq.* limitari in vocatione descendendum, cum sit amplissima, & solummodo restringi ad descendentes illius personæ vocatæ, non autem eodem modo atque in filij vocatione. Con.

449
450
451

449 Considero etiam, quod institutor in omnibus se voluit conformare cum dispositione *Ord. lib. 4. tit. 100.* modo supra explicato, quia prius agendo de matrimonio vocavit filium legitimum ex ipso matrimonio natum, ut videtur in verbis ibi: *Da dita senhora D. Maria do Rio, & seu filho mais velho, que depois de seu falecimento succeder;* eodem modo, quo disponitur in *Ord. d. tit. 100. §. 6.* ubi agendo de matrimonio admittuntur solummodo legitimi, & quamvis loquatur in descendantibus est cum illa qualitate, quod sint tales, ut succedere possint, ut supra notavi; postea vero quando institutor cogitavit de illegitimis illam vocationem posuit descendantium, se conformando cum dispositione *Ord. in §. 2. & 15.* ut supra late expendimus. Ultimo tandem quando institutor voluit declarare quaestionem de patruo, & nepote, tunc usus fuit vocatione filiorum in forma disposita in *Ord. d. tit. 100. in princip.* in qua ad representationem tantummodo admittuntur legitimi, & cum institutor has fecisset differentias in vocationibus, satis constat omnia praemeditasse, & ideo in omnibus casibus posuisse verba propria significativa, & declarativa suae voluntatis, observando semper dispositionem *Ord.* ut supra expendimus.

450 Considero tamen in favorem A. quod quando institutor cogitavit de concurrentia inter masculum, & faeminam, cum antea in principio esset loquutus de filio, quia agebatur de matrimonio, & postea fuisset loquutus de descendantibus, & ultimo esset loquendus de filiis in concurrentia de patruo, & nepote, cum voluisset explicare concurrentiam masculi, & faeminae, non fuit loquutus per vocationem filiorum, sed illa ponit verba post vocationem descendantium, quin aliam constituat orationem, sed successive ita disponit ibi: *Preferendo sempre a femea;* non enim dixit: *Preferendo o filho a filha,* ut fecit postea in concurrentia patruo, & nepotis ibi: *Preferendo o filho do filho mais velho ao filho segundo;* & haec diversitas verborum in clausulis conjunctis, & successivis non sine misterio fuit facta: merito ergo dicimus esse illegitimos admissos per voluntatem, & vocationem institutoris, & per *Ord.* in qua illegitimi videntur admissi, ut supra notavimus.

451 Neque pro R. facit illa allegatio, nempe esse sororem ultimi possessoris, & descendantem ab institutore, & illegitimos solummodo esse admittendos, casu, quo non extent transversales legitimi cum verbis, *Larrea alleg. 32.* quia respondetur allegationem, &

decisionem *Larreae* procedere quando vocantur in institutione filij, ut videtur ex titulo decisionis, & procedit distinctio a nobis supra facta; deinde ut tenet *Azeved. conf. 24. num. 28. & 33.* ubi iudicatum refert in favorem illegitimi contra transversalem descendantem.

Neque obstant illa vulgaria contra illegitimos apposita, nempe maioratum institutionem esse ad conservationem familiae, & honoris, quae omnia in illegitimis non dantur; quia respondetur, quod quidquid sit de jure communi, tamen de consuetudine, & de jure Regni, tam Hispaniae, quam nostri, illegitimi sunt capaces honoris paterni, & ejus gaudentur privilegio, & nobilitate, ut tenet *L. 1. part. 7.* quam supra expendimus, & tenet *Gregor. Lop. ibidem, & Didac. Peres tit. 1. lib. 4. vers. contrarium, Otalorus de nobilit. 3. p. partis principalis, cap. 3. num. 3. Boer. dec. 117. num. 20. Molin. de primog. lib. 2. cap. 14. num. 18. Micr. de maiorat. 2. p. 9. 2. Flores de Mena lib. 1. variar. 9. 16. art. 20. Larrea dec. 32. Molin. de justit. disp. 173. Castilh. contrav. lib. 5. p. 2. cap. 82. & tom. 4. cap. 22. num. 152. Gam. dec. 312. n. 4. Valasc. de partit. cap. 13. num. 171. refert, & sequitur *Carvalh. ad cap. Raynald. de testam. 9. 1. num. 244.* & apud nos est *Ord. lib. 5. tit. 92. §. 4. ad fin.* ubi expresse deciditur, quod illegitimi possunt arma gestare gentilitia, & tenent quamplurimi relati a *Barb. in praedicta Ord.* & tenent etiam *Spin. de testam. gloss. 16. num. 24. Tiraq. de nobilit. cap. 15. num. 20. Palcot. de natis, & spur. cap. 55.* deinde de consuetudine naturales admittuntur, ut tenent omnes supra citati ad nobilitatem patris, & tenet *Phab. dec. 55. n. fin.* ubi ait *Ord. lib. 2. tit. 35. §. 12.* per consuetudinem recessisse jam ab aula, quamvis melius illam solummodo ad bona Regiae Coronae restringat *Carvalh. ad cap. Raynald. p. 1. num. 244. de testam. Cald. conf. 9. num. 4.* & de consuetudine admittente illegitimos ad nobilitatem patris, tenent *Guid. dec. 508.* quae incipit, *An bastardus;* plures refert *Tiraq. de nobilit. cap. 15. num. 25. Guilhelm. in cap. Raynunt. num. 35. in princip. de testam. insignis praeceptor Godinhus in cap. Rayn. n. mihi 164.* & cum consuetudo in materia successione multum operetur, ut tenet *Acursius in L. ex facto §. si quis rogatus, in verbo voluntate, ibi: Et Regionis consuetudo, ff. ad Trebel. L. si servus plurium, §. fin. ibi: Consuetudo deinde Regionis, ff. legat. 1. Mantio. de conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 17. n. 16. Larrea dec. 32.* sequitur saltem de consuetudine gaudere illegitimos patris nobilitate.*

453 Deinde non solum de consuetudine, sed ex Ord. quæ apud nos est municipalis Lex, legitimi gaudet patris nobilitate; quia Ord. d. tit. 92. §. 4. illis permittit, quod possint arma gestare per verba illa, ibi: *Eos bastardos haõ de trazer as armas com sua quebra de bastardia, segundo ordem de armaria.* Unde manifeste patet illis quoque concessisse, ut sequantur nobilitatem parentum, à qua tanquam antecedente necessario pendet dicta Lex armorum, & posse uti cæteris nobilitatis insignibus, & ornamentis, juxta Ord. d. tit. 92. statim in princip. ubi legislator agens de illis, qui armorum insignibus utuntur, sibi ipsis competentibus ostendit ea provenire ex factis honorabilibus, atque ita supponit nobilitatem armorum dictæ delationi tanquam antecedens necessarium præcedere, ut ibi: *Como os brazoens das armas, & appellidos se daõ àquelles que por honrosos feitos os ganbaõ, sejaõ certos sinaes de sua nobreza, & honra;* atque concessio uno, censentur concessa omnia media necessaria ad illud consequendum, & sine quo conservari nequit, neque existere ex reg. text. in L. ad rem mobilem 56. L. ad legatum 62. juncto illius summario ff. procurat. L. quidam 57. in fin. ff. rei judicat. L. 2. in princip. ff. jurisdict. omnium jud. Cap. præterea 5. de officio jud. delegati, Menoch. remed. 1. recuperand. à n. 362. & remed. 6. num. 49. & de arbitrar. lib. 1. q. 78. num. 38. & lib. 2. cas. 112. à n. 18. Tuschus practicar. tom. 1. lit. A. concl. 77. August. Barb. qui plura congerit in collect. ad dict. cap. præterea num. 2. ergo concessio, quod arma gestent, etiam concessum videtur, quod gaudeant nobilitate patris; & de consuetudine tenent ultra citatos Paleot. in tract. de notis, & spur. cap. 59. cum seqq. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 24. num. 1. vers. quod vero, Agyd. de privileg honestatis art. 13. à n. 43. quam considerationem etiam tenet idem præceptor Godinbus ubi supra; deinde Ord. hanc concedit nobilitatem descendantibus, & cum hæc vocatio sit amplissima, ut supra late diximus, & comprehendat illegitimos, dicendum est ex Lege Regia esse præmissum illegitimis frui patris nobilitate, siquidem permittitur illius arma gestare; neque satisfacit responsio præstita à docto R. patrono de diminutione imposita ab Ord. d. §. 4. quia hæc differentia non minuit nobilitatem; quia etiam Ord. in d. §. 4. facit differentiam inter fratres natos ex legitimo matrimonio, & inter alias personas, & nec ideo dicendum est illis minui dignitatem, seu nobilitatem: ergo nihil facit responsio præstita; deinde experientia nos docet, nam quam-

plurimæ familiæ existunt nobilissimæ descendentes ab illegitimis, & quamplurimi sunt maioratus ab eisdem possessi, & quamplurimæ existunt sententiæ in similibus prolatae; die namque duodecima Mensis Novembris hujus anni expeditus fuit in Senatu processus inter partes Antonium de Torres Manso, & Emmanuelem de Abreu Mafso oppidis de Castello de Vide, in quo prolata fuit sententia in favorem illegitimi per sapientissimum D. antecedentem, in quo processu sententiam scripsi, quamvis ex alia ratione cum de illegimitate tunc non disputassem, & in prædicto processu quamplurima alia exempla adducebantur in hoc Senatu judicata.

Neque etiam obstat, quod illegitimi non sint de familia, cum in illis non conservetur; quia R. quod etiam familia non conservatur in feminis, cum sint familiæ finis, & tamen admittuntur quando non reperiuntur expresse rejectæ.

Conducit in favorem A. dictio illa, *70-455 dos*, qui namque omne dicit nihil excludit, & cum institutor vocasset omnes descendentes, satis apparet velle comprehendere non solum legitimos, sed etiam illegitimos, quod colligitur ex vi dictionis, *omnis*, ut videri potest ex Aug. Barb. d. dict.

Ex his namque jam manifeste apparet maioratum pertinere A. & non esse deferendum assistenti, tam ex dictis in princip. deliberationis, quam ex eo quia assistens fuit exclusus ad agendum de suo jure, ut patet ex decreto fol. 71. vers. à quo nec gravamen, nec appellatio fuit interposita; postea per petitionem fol. 102. postulavit assistens quod admitteretur ad assistendum, & agendum de suo jure, sed fuit exclusus de suo jure tractare, ut patet fol. 106. & solummodo fuit admissus tanquam assistens; plane assistens solummodo potest defendere patrem, cui assistit, ut tenet Ord. lib. 3. tit. 20. §. 32. Cov. pract. cap. 13. à num. 1. Cabed. p. 2. dec. 97. à num. 13. cum seqq. unde solummodo assistens potest agere de defensione R. non vero de jure suo edocere, quia solum potest allegare, quod R. non allegavit, & cum hoc cognovisset doctus assistentis patronus in prima instantia, ideo de jure assistentis, nec verbum quidem fuit loquutus, ut patet fol. 315. vers. & 340. unde cum judex judicasset contra formam Ord. & ultra petita, & etiam contra illud quod jam decreverat.

Cum assistens esset exclusus ad agendum de jure suo, venit in hac parte sententia revocanda, & superfluum fuit postea in hac instantia agere de jure assistentis, quod tunc pro-

procederet, ſi fuiſſet admiſſus ad agendum de proprio jure, quòd tamen non fuit, & ideo de hoc jure non curabo, maxime cum maioratum A. pertinere dicam quoad proprietatem; quoad fructus ſolummodo R. condemnarem in illis à litis conteſtatione, cum ad hoc ut detur condemnatio ab indubitata occupatione requiratur mala fides, quæ non datur in R. tam ex fragilitate lexis, quàm etiam ob contingentiam, cum detur juſtus error ob defectum illegitimitatis, & ita bonam fidem habere R. puto, præcipue cum A. per tot temporis ſpatium ſe tacuiſſet, quin maioratum poſtularet, cum extitit in hacmet Civitate; & hoc modo judicarem.

Sed quia poterit contingere quòd ſap. DD. ſeqq. placeat, ut de jure aſſiſtentis edoceatur, illeque acriter, & acerrime poſtulet, ut de ſuo jure diſputetur, ut patet à fol. 411. verſ. cum ſeqq. de eo tractabimus, ne aliquid indeciſum dimittamus.

458 Poſtulat aſſiſtens, quòd ſibi adjudicetur maioratus poſt mortem R. tanquam proximior legitimus, & descendens ab iſtitutore, ut patet ex articulis oppoſitionis fol. 51. cum ſeqq. arboremque generationis poſuit fol. 53. ſed ex ipſamet patet juſ non habere adhuc caſu, quo maioratus ad R. pertineret, & A. reſpectu R. fuiſſet excluſa, quòd contrarium judico; ſed autumo nunquam A. eſſe excluſendam reſpectu aſſiſtentis; & primo moveor, quia iſtitutor vocavit omnes descendentes, quæ quidem vocatio comprehendet omnes uſque ad infinitum, ut ſupra demonſtravimus, fateturque ex adverſo, ut patet ex rationibus R. ſolummodo excluſi illegitimos, reſpectu descendentium habentium legitimatis circumſtantiam, & ita tenent omnes DD. pro contraria adducti: atqui aſſiſtens non eſt descendens ab illuſtriſſima D. Maria, ſed tranſverſalis, quia eſt filius fratris ejuſdem, ut patet ex arbore ab aſſiſtenti formata; ergo caſu quo maioratus ad R. pertineat, per ejus mortem ad A. & non ad aſſiſtentem pertinere dicendum eſt. Secundo moveor, quia iſtitutor vocavit omnes descendentes per dictionem illam, *omnes*: hæc dictioneſt generaliſſima, & nihil excluſit, ut demonſtravimus; ergo deficientibus descendentibus legitimis dubitari non poteſt eſſe expreſſe vocatos illegitimos comprehenſos in dictione, *omnes*; & cum aſſiſtens non habeat qualitatem descendentis, non poteſt excluſere A. quæ habet qualitatem expreſſe dilectam ab iſtitutore, & ſolummodo eam poterit excluſere ille, qui eandem habuerit qualitatem.

Pars II.

Tertio moveor, quia iſtitutor vocavit descendentes, & prima vocatio oſtendit magnopere voluntatem diſponentis, ex *Valasc. conſul. 161. num. 6.* & cenſentur magis dilecti iſti vocati, & d. *Valasc. num. 2. & 3.* & vocati expreſſe ſemper præferuntur, *L. cum ita §. in fideicom. ff. de leg. 2. ubi gloſſ. verbo nominatos, Phæb. p. 2. dec. 176. num. 41. Peverir. dec. 115. num. 1. Surd. conſ. 458. n. 58.* hæc namque expreſſa vocatio maiorem inducit effectum erga vocatos, ex d. *§. in fideicom. L. Publicus, §. ſin. ff. condit. & demonſt. L. Lucius o 2. ff. hæred. inſt. Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. num. 32. Peregrin. de fideicom. art. 14. num. 47. Caſtilib. contro. tom. 3. cap. 115. num. ſin. & tom. 5. cap. 93. n. 17. Fufarius dec. 359. Menoch. conſ. 200. à num. 9.* & alij innumerabiles; neque de hoc dubitari poteſt: ergo quoties extiterint descendentes non poſſunt admitti tranſverſales, & cum A. ſit descendens, & aſſiſtens tranſverſalis, non poteſt iſte illam excluſere; & ita reſpondetur argumento facto in articulis oppoſitionis ex verbis iſtitutionis, ibi: *Parente. mais chegado*; cum hæc vocatio ſolummodo ſit ad caſum, in quo non exiſtant primi vocati, qui ſunt descendentes omnes, ut patet ex iſtitutione. Quarto moveor, quia in ſucceſſione maioratus ubi primum ingreditur una linea, non ſit tranſitus ad aliam, dum exiſtunt aliqui de illa linea, quæ intrantiam habuit, ex *Molin. lib. 3. cap. 6. n. 29. cum ſeqq. Menoch. conſ. 1082 n. 9. Gratian. forenſ. cap. 436. num. 12. Caſtilib. contro. lib. 5. cap. 93. n. 5. additio. ad Molin. lib. 3. cap. 6. num. 30. & ſeqq.* & ſucceſſio ſemper linea recta defertur, ex *Molin. de primog. lib. 11. cap. 2. num. 12.* & faciunt adducta per A. fol. 59. cum ſeqq. Ergo cum A. ſit in linea, quæ ingreſſum habuit in linea à teſtatore magis dilecta, cum filium habuiſſet, ut patet ex arbore, non poteſt fieri tranſitus ad lineam aſſiſtentis, cum ſit diverſa. Quinto moveor, quia præſens maioratus fuit iſtitutus ad illuſtriſſimam D. Mariam, ut patet ex verbis iſtitutionis, ibi: *De bens de morgado da dita ſenhora D. Maria*; & poſtea poſt ejus mortem fuit vocatus ejuſdem filius, ut patet ibi: *E ſeu filho*; poſtea vero poſt mortem iſtius ſunt vocati ejus descendentes, ut patet ibi: *E todos ſeus descendentes*; vocando ſemper descendentes ejuſdem illuſtriſſimæ D. Mariæ, quin ejus pater in ſui descendentiâ aliquid diſpoſuiſſet, ſed ſemper uſus fuit per relativum, *ſeus*, & procedunt regula vulgaria relativorum, & quæ late in ſpecie tradit *Fuſar. de ſubſtit. q. 327. per tot. & q. 351. num. 27. cum ſeqq.*

Ppp

ſeqq.

seqq. & q. 321. à num. 97. ubi affirmat, quòd dictio relata ad certas personas perpetuo inter eas operatur, & ad alias extendi nequit, & multa congerit, & allegat. Sexto moveor, quia institutor neque suos descendentes, nec descendentes Mariæ vocavit, quia quādo de illa agit per ejus mortem vocat tantummodo ejus filium numero singulari, ut jam notavimus, quæ vocatio extendi non potest, ut ex *Fusar.* diximus; postea vero agendo de descendentes, vocat descendentes ex filio Mariæ, ut patet ibi: *E todos seus descendentes*, quod fecit in diversa oratione, ut etiam notavimus. Septimo moveor, quia institutor noluit maioratum instituire ad perpetuitatem suæ descendentiæ, sed ad descendentiæ Mariæ ejus filia, & ejus filiorum, & patet evidenter: nam constat institutorem habere duos filios, unum masculinum, à quo descendit assistens, & fæminam, in qua maioratum instituit, & nemo dubitare potest plus conservari descendentiæ institutoris in linea filij masculini, quàm filia fæminæ, cum per fæminas non conservetur familia: atqui institutor maioratum instituit ad descendentes ex fæmina, & non ad descendentes ex masculino, cum tamen extitisset; ergo patet nolle suam, sed illustrissimæ Mariæ descendentiæ; & consequenter inferitur, quòd quamvis assistens sit descendens ab institutore, cum iste non suos, sed illustrissimæ Mariæ vocasset descendentes, vocando omnes descendentes, & plus istius amasset lineam, nullum jus habere assistentem adhuc casu, quo R. maioratus fuisset adjudicatus, cum adhuc extet A. quæ ab assistenti minime excludi debet. Vlyssipone 17. Decembris 1671. D. Carvalho.

459 In primis opponenti non defero fol. 55. quoniam tempore mortis ultimi possessoris adhuc non erat in vivis; cum vero tum temporis maioratus successio statim à lege delata fuerit, non est cur valeat revocari ab illa, quæ tempore vacantis maioratus non erat in humanis; & hæc communior, & aptior sententia est ex *Molin. de primogen. lib. 4. cap. 10. num. 38. ubi addentes*; & sic solum inter Atricem, & Ream negotium tractabimus, & resolvemus.

460 Sed non est nobis disputanda vastissima quæstio illa, an filij naturales, deficientibus legitimis, succedant in maioratibus Hispaniæ, & nostri Regni? De qua *Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. à num. 45. & lib. 3. cap. 3. à num. 41.* quibus locis addentes, *Mier. de maior. 2. p. q. 2. à num. 3. cum seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 78. per totam, Manic. de conjectur. ultim. vol. lib. 11. tit. 9.*

per totum, Aseved. in L. 11. tit. 6. num. 45. lib. 5. novæ recop. Costa in §. & quid si tantum, 5. p. num. 57. Flores variar. lib. 1. cap. 16. per totum, Phæb. dec. 97. per totam, Gabriel Pereir. dec. 14. Cald. conf. 9. numer. 80. quos, & alios multos ego ad intentum vidi, & omnes refert lata manu suo more tractans quæstionem istam *Castilb. lib. 5. controuv. cap. 82.* & post illum *Gusman. de veritatib. jur. verit. 5. per totam.*

Solum autem specialiter agemus de maioratu isto instituto per contractum dotalem fol. 16. & disputabimus quàm brevi fieri possit, an in hoc casu individuo præferenda sit Aëtrix filia naturalis ultimi possessoris sorori legitime Moniali ejusdem, vel econtra? Cum vero in re maioratus solæ vocationes sint quæ præcipue successiones determinant, quam ob rem vocati in institutione primum præ omnibus habent locum, & præferuntur alijs, etiam si melioris gradus, sexus, & ætatis, ex *text. in L. cum ita 31. §. in fideicom. ff. leg. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 33. Surd. conf. 125. num. 16. Castilb. 5. controuv. cap. 93. à num. 17. Valens. conf. 23. num. 34.* ante omnia verba institutionis referenda sunt, ut ex illis percipiatur quid sibi, & suis instituentes voluerint; & verba talia sunt fol. 17. in fin. & vers. *Ol trinta mil Cruzados serão vinculados em bens de morgado, que terão a obrigaçã, & vinculaçã de bens de morgado da dita senhora D. Maria do Rio, & seu filho mais velho, que depois de seu falecimento succeder, & todos seus descendentes ao diante.*

Ex his autem apparet vocationem hanc fuisse factam absolute, & generaliter, ut Mariæ morte succederet ejus filius senior, & exinde omnes illius descendentes in futurum per verba naturalia, & universalia, quæ omnes, & quoscunque descendentes comprehendunt, & invitant. Et quamvis regulariter loquendo communis opinio sit, filios naturales à successione maioratum Hispaniæ removeri, quando institutores illustres, aut saltem nobiles sunt, ut *ex text. in L. ex facto 17. §. si quis rogatus o. 1. ff. ad Trebel* affirmant illi quos longo sermone refert, & transcribit *Castilb. d. cap. 82. per totum.* Limitatur tamen sententia ista quando ex conjecturis deducitur institutores sensisse de filijs naturalibus tantum, & admississe illos, ut cum *Mantic. Menoch. Trencacing. Peregr. Alvarad.* & pluribus alijs concludit idem *Castilb. d. cap. 82. n. 32.*

Vna vero ex principalioribus conjecturis, quibus DD. existimant filium naturalem ad successionem præcaldubio admissum, & voca-

vocatum eſſe, illa eſt, de qua in noſtro caſu, quando ſcilicet vocatio facta eſt per verba naturalia, & univerſalia, quæ tum temporis eſt apta comprehendere omnes, & quoscumque qui ex illo ſanguine, & deſcendentia veniant, ut puta, ſi vocetur certa perſona, & omnes illius deſcendentes, quia tunc cum verba naturalia ſint, & univerſalia, comprehendunt filios naturales tanquam de ſanguine, & deſcendentia illa, quæ vocata eſt. *Larrea* multos referens *dec. 32. num. 8.* Vnde cum in noſtro caſu vocata fuerit *Maria*, & eius morte filius ſenior, & omnes illius deſcendentes, & *Aëtrix* filia naturalis ſit ultimi poſſeſſoris maioratus, & unica deſcendens ab illo, videtur præferenda ſorori duplici ratione. Primo, quia *Aëtrix* filia eſt in linea effectiva primogeniti, ſoror vero in contentiva; & certum eſt regulariter ſemper lineam effectivam primogeniti, & omnes ex illa præferendos eſſe contentivæ lineæ, & omnibus, qui in illa ſunt. *Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. num. 13. Caſtilb. 5. contr. cap. 93. num. 8. verſ. ſeptima conſuſio:* maxime quia maioratus non poteſt tranſire de una linea in aliam, niſi extincta illa in qua eſt, quæ dicitur effectiva. *Cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. Molin. lib. 3. cap. 4. num. 14. Cabed. 1. p. dec. 208. num. 8.* Secundo, & fortius, quia filia naturalis, quamvis illegitime nata, vere tamen deſcendens eſt, & in linea deſcendentium, ut optime dixit *Roxas de incompat. maior. 1. p. cap. 6. num. 212.* optime *Larrea d. dec. 32. n. 8.*

Cum ergo ad ſucceſſionem huius maioratus vocati fuerint omnes deſcendentes, & *Aëtrix* deſcendens ſit, & filia ultimi poſſeſſoris, & unica, neceſſario ſequitur præferendam illam eſſe ſorori *Rææ*, quæ reſpectu ultimi poſſeſſoris in linea tranſverſa eſt; & hoc ipſum in terminis huius identici caſus, & vocationis firmarunt *Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 81. in fin. & ex illo Fuſar. de ſubſtit. q. 314. num. 10. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſum. 78. num. 38:* in quorum ſententiam inclinat *Mantic. de conjeſt. ult. vol. lib. 11. tit. 9. num. 21. idem Fuſar. q. 347. a num. 1.* advertendo deinde quod *Peregr. d. art. 22. num. 81.* loquitur de filio ſpurio, quem comprehenſum dicit ſub vocatione omnium deſcendentium, cum tamen filius ſpurioſus, ut comprehendatur, indigeat largiori, & ampliori vocatione, quam filius naturalis, qui melioris, & favorabilioris conditionis eſt, & ob id facilius vocatus intelligitur, ut ex alijs notavit idem *Peregrin. d. art. 22. num. 89. Azeved. in L. 11. tit. 6. lib. 5. nova collectionis num. 45. 48. & 49.* Cym

Pars II,

ergo in noſtro caſu vocati omnes deſcendentes ſint, ſub qua etiam vocatione filij ſpurij includuntur, à fortiori dicendum eſt incluſam eſſe filiam naturalem.

Quod quidem maxime ſuadetur ex generalitate vocationis factæ per verbum, omnes, ibi: *E todos os ſeus deſcendentes*; quod quidem verbum, quemcumque deſcendentem comprehendit, & nullum excludit etiam inhabilem, & qui ſine illo verbo non comprehenderetur, & idem eſt ac ſi vocarentur quicumque deſcendentes, ut cum pluribus notavit *Aug. Barb. de dictionib. dict. 241. n. 1. 3. 6. 16. & 24. Peregrin. d. art. 22. num. 49. & art. 32. num. 54.* & ſic cum vocatio, de qua in noſtro caſu fuerit facta per verba naturalia, & univerſalia: *E todos ſeus deſcendentes*; mihi certum eſt, quemcumque deſcendentem vocatum eſſe, & vocatam eſſe filiam naturalem, quæ naturaliter, & vere deſcendens eſt, ut diximus ſupra ex *Roxas de incompat. 1. p. cap. 6. num. 212.* & ex multis firmavit *Aug. Barb. de appellat. verb. ſign. appellat. 70. num. 8. Tuſcus tom. 3. lit. F. concl. 373. num. 27.* Quod etiam ſuadetur ex directione, quam dederunt inſtituentes ad ſucceſſionem huius maioratus per verba illa: *E todos ſeus deſcendentes ao diante*; denotant enim maioratum retrocedere non debere, ſed progredi ſucceſſive de deſcendente in deſcendentem, & de ultimo poſſeſſore in filium, quæ naturalis progreſſio eſt. *Robles de repræſent. cap. 30. num. 21. Gam. dec. 307. num. 11. & 12.* Cum ergo maioratus huiusmodi fuerit in linea primogeniti uſque ad ultimum poſſeſſorem *Ioannem*, à quo conſanguinitas, & deſcendentia regulanda eſt ex *Ord. in lib. 4. tit. 100. §. 2.* & *Aëtrix* filia naturalis ſit illius, & unica deſcendens ex linea primogeniti, quæ effectiva eſt, & prævalet, *Caſtilb. lib. 5. cap. 93. num. 8. Molin. lib. 3. cap. 4. num. 13.* ſoror autem tranſverſalis ſit, nullo modo admitti poteſt niſi in defectum omnium deſcendentium ex ſanguine, & linea primogeniti, cum omnes vocati ſint, & prius ex vocatione ſuccedere debeant; & ſic cum negari non poſſit filiam naturalem deſcendentem eſſe, neceſſario ſequitur eſſe præferendam ſorori: & miror quòd *Caſtilb.* tractans latiffime ſuo de more quæſtionem iſtam, & varios figurans caſus, non acceſſerit ad hunc, quando ſcilicet ab inſtituente vocatus eſt *Petrus*, & omnes illius deſcendentes per verba ſic naturalia, & univerſalia, cum tamen caſum iſtum adduxerint illi, de quibus ſupra, quos retulit *Caſtilb.* & ex quorum ſcriptis omnia quæ in illo capite dixit mutuatus eſt, & forte tacuit,

quoniam in casu isto necesse foret admittere filios naturales, quos ipse ex composito studuit semper rejicere, adeo ut etiam torserit, & inverterit *Legem 27. Tauri*, quæ ut patria innotuit ipsi, & quæ in meliorationibus tertiæ, & quinti vincularis dedit formam succedendi, & post filios legitimos illico ante ascendentes illegitimos vocavit, idest naturales tantum, & præferendos voluit ascendentibus, & transversalibus. Cum vero *Castilb.* negare non potuerit legem illam, in concludentia respondit, & ait procedere in maioratu particulari tertiæ, & quinti; cum tamen unusquisque maioratus particularis sit, & in omnibus secundum easdem regulas procedatur, & certum est iudicio illius *Legis 27. Tauri* filios illegitimos ascendentibus, & transversalibus esse prælatos, si nihil aliud, quàm vitium illegitimitatis habeant contra se; unde nil mirum si & nos, qui ulterius habemus in præsentī vocationem illam amplissimam, & naturalem omnium descendentium, dicamus, & iudicemus filiam naturalem ultimi possessoris sorori præferendam esse.

466 Iuvat quòd Actrix ipsa filia naturalis fuit orta ex matre nimis nobili, ut uno ore dicunt testes à fol. 129. cum seqq. quam Ioannes Actricis pater sub spe, & umbra futuri conjugij fraudulenter decepit, ut affirmant testes fol. 143. & 137. tunc autem procedunt illa, quæ affert *Gusman. d. verit. 5. à n. 41. cum seqq.*

467 Vnde cum Actrix utrinque nobili sanguine fulgeat, & habilis sit ad liberos habendos, quibus conservatur instituentium memoria, & sit verè, & naturaliter descendens Mariæ illius, & ultimi possessoris patris, quibus institutus maioratus fuit;

Soror autem Rea collateralis sit ultimo possessori, & tanquam talis postponenda descendentibus, & sit Religiosa professa, quæ filios habere non potest, & sic nec per se, nec per suos apta conservare instituentium memoriam, & familiam, ut dixerunt *Mantic. de coniect. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. à num. 25. Menoch. lib. 4. præsumpt. 83. num. 45. Castilb. 3. controvers. cap. 12. à num. 87. cum seqq.* nec aliquam habeat vocationem, ut habet Actrix, existimo sententiam iudicis revocandam esse, & pro Actrice iudicandum.

468 Nec in contrarium movent, quæ doctè pro Rea illustrissima concitarunt patroni, procedunt enim regulariter in maioratibus, quibus vocantur proximiores de familia, de agnatione, de domo, de cippo, & similes; quæ verba cum civilia sint, & filij naturales

juris, & effectuum civilium communionem non habeant, nec civili jure ut filij reputentur, *L. filium eum desinimus, ff. his qui sunt sui*, sed quasi peregrini, & alienigenæ, *Fab. in jur. prud. tit. 9. princip. 2. illat. 1.* iuste dictum est in maioratibus illis naturales non succedere.

Neque etiam quando vocantur filij, & descendentes, de quo casu tractat *Castilb.* & illi quos ipse refert *d. cap. 82. à num. 47.* quia cum ibi, & in tali vocatione non detur generalitas illa comprehendens omnes, & quoscunque descendentes, & in dubijs vocationibus contra naturales sumenda interpretatio sit, jure optimo in hoc casu naturales censentur exclusi. Et adhuc sententia hæc non sine maximo dubio transit, quia verbum, filij, & verbum, descendentes, naturalia sunt, & respicientia naturam ipsam, ut ex *Bartol. in L. tutel. de cap. minor. & in L. pronuntiatio ff. verbor. significat. dixit Peregrin. d. art. 22. num. 80.* ob idque in tali casu, & ex tali vocatione filios naturales comprehensos censerit, dixit *Azeved. in L. 11. tit. 6. lib. 5. novæ collectionis num. 45.* Nos autem in præsentī sumus in diverso casu, & in vocatione descendentium generalissima apta de se comprehendere omnes, & quoscunque descendentes, quo casu dixerunt *Farf. Peregrin. & Menoch.* filios illegitimos comprehendi sub tali vocatione. Nec ex multis Doctoribus, quos evolui, aliquem inveni, qui in hoc speciali casu contra filios naturales responderit.

Hæc cum mihi sic videantur, utique videtur incongruum de jure assistentis disputare; & quia si maioratus iudicetur filie naturali abjecta sorore, de fortiori manet videtur assistens, & quia casu quo pro sorore iudicetur, non est securum tractare de jure futuro.

Verum quia communis est sententia data iusta causa, posse successores petendere, ut jus suum declaretur in vita possessoris, ut firmarunt *Valasc. cons. 184. per totam. Mier. de maiorat. 2. p. in initio à num. 63. Molin. lib. 3. cap. 14. num. 32. & ibi addentes, Flores ad Gam. dec. 6. num. 6. Mastrilb. dec. 118. à n. 13. & 29. Fontanel. de pact. claus. 4. gloss. 9. p. 5. à num. 27. Garcia de nobilit. gloss. 47. n. 16.* & una ex principalioribus causis est, quòd possessor alium velit post se declarare successorem, vel detur diffamatio, ut tradit *Gabr. Pereir. d. dec. 129. Molin. & omnes supra relati, Rea vero illustrissima hoc ipsum fecerit per scripturam fol. 217. & Actrix fol. 5. & vers. etiam causam dederit, existimo posse de jure futuro aliquid iudicari*

cari in caſu quo ſequentibus Dominis placeat pro Rea reſpondere.

471 Tunc autem adhuc cenſeo pro filia naturali indubie iudicandum, quoniam maioratus inſtitutus eſt ad Mariam, & filium ſeniorē, & omnes illius deſcendentes: hoc probatum extat ex inſtitutione fol. 16. in fin. atqui aſſiſtens non eſt huius deſcendētiæ Mariæ, & filiorum eius, ut eſt in facto certiffimum, & aſſiſtens ipſe non diſſitetur; ergo ex inſtitutione multum jus habet aſſiſtens, maxime dum adſint quicumque deſcendentes, qui certe adſunt, ut probavimus ſupra. Et quamvis aſſiſtens ſit ex familia dos Caſtros do Rio, non tamen eſt ex Mariæ deſcendētia, quæ fuit in inſtitutione vocata, & conſanguinitas abſoluta non prodeſt, dum a deſt alia determinata, & ſpecifica quæ vocata eſt. *Molin. lib. 1. cap. 4. num. 33. Surd. conſ. 125. num. 16. Caſtilb. d. cap. 93. num. 17. Valaſc. conſult. 121. num. 2.* & fere omnes qui contra filios naturales reſpondent, fatentur admittendos eſſe in defectum legitimorum illius deſcendētiæ, & linæ, cui maioratus inſtitutus eſt, ut videre eſt ex illis, quos *Larrea dec. 32. num. 37.* & quamvis illico referat verba, & ſententiam, quam tenuit *Caſtilb.* & illius rationem; non tamen probat illam, imo potius totus eſt in favorem filiorum naturalium. *Vlyſipone 15. Aprilis 1672. Noronha.*

472 Solum ſuper eſt deliberandum ſuper jure filiæ naturalis cum ſore amitæ R. qualis ſcilicet ſit præferenda in ſucceſſione maioratus? Et ſane punctum eſt difficile propter varietatem ſcribentium. Communior tamen ſententia obtinuit contra filios naturales nobilium niſi expreſſe ſint vocati, aut per conjecturas urgentiſſimas admiſſi, ut per *text. in L. ex facto §. ſiquis rogatus, ff. ad Trebel.* tenent communiter DD. de quibus *Larrea dec. 32. Guſman. de verit. juris verit. 5. Caſtilb. lib. 5. cap. 82. à num. 41. Flores q. 16.*

473 Vnde cum nobilis inſtituens vocata Maria, & ſeniori eius filio adjecerit, quod poſt eum ad omnes illius deſcendentes maioratus deferatur, dubium exoritur, an illa vocatione generali omnium deſcendentium inveniatur conjectura, qua filia naturalis ultimi poſſeſſoris comprehendatur? Et fortius dubium creſcit ex eo, quia illa cōmunis opinio generaliter, & ſine diſtinctione naturales repellit incapacitatis intuitu, cum jus civile illos iudicaret ſordidos, & neque capaces ſucceſſionis patris, ut late exornat *Molin. lib. 1. cap. 4. num. 45. Caſtilb. ſupra num. 49. & ſeq.* quæ quidem ratio incapacitatis

Pars II.

ſucceſſionis militat, ut ex illa generalitate vocationis omnium deſcendentium non inferatur conjectura admiſſionis naturalium; eo fortius quia noſtri Regnicolæ etiam illos generaliter repellant, quaſi recognoſcentes inhabilitatem, quam à jure civili habent. *Pereir. dec. 14. Phæb. 2. p. dec. 170. num. 28. & 1. p. dec. 52. n. 13. Egyd. de privileg. hon. art. 16. n. 17.*

474 Sed in præſenti ſemota omni dubitatione, potius decernerem per vocationem omnium deſcendentium, filiam naturalem fuiſſe comprehenſam, ut latiffimo, & ſubtili calamo duo præcedentes Domini feliciori jurisprudentia examinarunt. Et ſine eo, quòd ap- prime diſtorum repetitio detur, mihi innotescit hæc ſententia ſine aliqua cōmuni deſtructione; nunquam enim communis, ſeu quis præter *Molin.* auſus fuit negare naturales filios ad maioratus ſucceſſionem eſſe admittendos ex vocatione expreſſa, ſeu tacita, quæ ex diſpoſitione juris evidenter naturalium inclusionem efficiat, tenet cum pluribus *Caſtilb. lib. 5. cap. 82. num. 48.* & nulla aptior, & exuberantior conjectura ad naturalium inclusionem dari valet, quàm vocatione omnium deſcendentium ſub qua ſolent venire illi, qui aliàs non ſuccederent, *L. Julianus, L. liberorum, §. quod autem ff. legat. 3.* cum etiam ſub ſola deſcendentium vocatione venirent ſecundum meliorem ſententiam, de qua *Larrea ſupra numer. 8.* licet *Caſtilb. ſupra num. 47.* diſſentiat; nec enim ratio incapacitatis à cōmuni conſiderata aliquid roboris habet, cum etiam attento jure civili ſtulta appareat, poſſunt enim ſuccedere regulariter ex voluntate parentum, licet contra illam nequeant; neque etiam naturalibus officiit defectus conſervationis familiæ, & nobilitatis, quia data vocatione ceſſat; quinimo de jure regio nobilitas per eos conſervatur, quidquid ſit de jure civili. Late *Carvalh. de reſtam. 1. p. n. 145.* ubi alios refert.

475 Sed videtur, quòd illa conjectura nimis infringitur ex alia per quam illa explicatur; nam poſtquam inſtituens vocavit omnes deſcendentes filij Mariæ ſenioris ſtatim adjecit, ut maſculus præferretur feminae, & filius filij ſenioris patruo, admittēs repræſentationē, quæ tunc temporis dubia erat ante *Ord. lib. 4. tit. 100.* & cum iſta repræſentatio in naturalibus verificari non poſſet, ſed tantum in legitimis deſcendentibus (*Ord. ſupra*) videtur quòd inſtituens vocando omnes deſcendentes inter quos poſſet habere locum repræſentatio, evidenter voluit excludere filios naturales, cum ſequens clau-

Ppp iij

ſula

fula antecedentem declaret; & eo fortius quia illa vocatio omnium descendentiū fuit adjecta in constitutione dotis, in qua solum cogitatio de filijs legitimis adesse, est præsumendum; præcipue cum ad successionem primum esset vocata Maria nobilis fæmina, cujus vocatio filiorum naturalium non est præsumenda ex *text. in L. si qua illustris Cod. ad Orficiā.*

476 Sed respondetur primo advertens, quòd institutio præsentis maioratus ante compilationem *Ord.* fuit ordinata anno 1571. & Lex postea promulgata ad præterita non extenditur. Deinde, & si de jure communi denegaretur repræsentatio quando filij naturales essent vocati, tamen in præsentis illa generalis vocatio omnium descendentiū comprehendit naturales secundum dispositionem juris, ut supra; & nunquam clausula sequens restringit antecedentem cum restrictione juris, secundum quod procedit: *Alex. conf. 112. Zabarel. 68. num. 2. late Roman. conf. 112. quos refert Tusc. lit. C. concl. 291. num. 38.* principaliter quando clausula sequens formalem effectum habet in legitimis, in quibus cadit repræsentatio. Nec enim mens instituentis in illa clausula ad aliud tendit, quàm ad exclusionem controversiæ celebris illo tempore inter patrum, & nepotem; & non ad repellendos naturales filios, qui jam in generalitate vocationis erant comprehensi, cum voluntas ultra intentionem agentis non operetur, *L. non omnis ff. si cert. petat.* ad confirmationem de vocatione posita in contractu dotali, qui actus solum ordinatur ad legitimos, *argum. L. filium ff. de his qui sunt sui.* Respondetur tamen, quòd id obtineret si instituens apponeret clausulam vocationis ipsi dotali propter decisionem *text. in d. L. si qua illustris, ubi maior decet castitas*; attamen clausula invenitur posita ipsius filio seniori masculino, & omnibus illius descendentiis, unde de filijs naturalibus cogitare etiam valebat, & illos diligere in defectum legitimorum firmiter crederem propter sanguinis claritatem sponsi, cui filiam copulare intendebat; sicque semota aliqua dubitatione, teneo cum Dominis antecedentibus D. Actricem naturalem vocatam extitisse sub illa vocatione generali omnium descendentiū.

477 Sed posito quòd D. Actrix comprehenderetur sub illa vocatione generali, ut est indubitabile, fortius intrat dubium præsentis disceptationis, an comprehendatur ad excludendam R. non solum instituentis descendentiem, sed primi vocati, & sororem

possessoris? Et videtur quòd sit admittenda etiam si R. sit descendens primi vocati, quia cum illa ex vocatione tacita omnium descendentiū fuisset admissa, sufficit, quòd sola inveniatur filia ultimi possessoris, ut præferatur; nam cum successio intrasset in lineam patris, data persona illius lineæ, non debet ad aliam transitus fieri, donec personæ habiles ejusdem lineæ dantur ex cõmuni sententia, de qua *Macedo dec. 16. n. 4.*

Et eo fortius quia ad proximitatem attenditur sola possessoris ultimi persona: *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2.* & ipsa Actrix proximior sit, §. 1. *inst. de gradib.* aliàs enim nulla daretur differentia inter easum quo vocantur filij naturales expresse, vel tacite, & illum quo non vocantur, nec subintelliguntur sub appellatione verborum civilium, nam etiam in hoc casu admittuntur deficientibus legitimis; *Castilb. d. lib. 5. cap. 82. n. 49.* ergo comprehensio sub generalitate omnium descendentiū efficere debet, ut naturalis ejusdem lineæ in quam successio intravit, repellat alios quamvis descendentes primi vocati, aliter superflua esset generalis vocatio.

Sed contrarium existimo judicandum, 478 scilicet quòd Rea ut descendens instituentis, & primi vocati sit præferenda, quia filia naturalis, quamvis vocata ex vocatione generali non admittitur ad maioratus successionem, nisi deficientibus legitimis instituentis, cum nec aliter instituens disponere posset. Optima *Ord. lib. 4. tit. 92. §. fin. Cab. 1. p. art. 47. Agyd. de privil. honest. art. 13. num. 46. & 47.* Et sine dubio erat quòd dato filio naturali ultimi possessoris, nec D. Actrix esset admittenda; & eadem dispositio est admittenda datis filijs, seu descendentiis instituentis, & primo vocati; quia cum quoad maioratum non succedatur ultimo possessori, sed instituenti, immediate *Castilb. lib. 5. cap. 89. num. 153.* seu primo vocato ex forma præsentis institutionis, *Molin. lib. 2. cap. 4. num. 6.* quomodo potest filia naturalis succedere instituenti, si illius existit R. descendens? Quamvis per *Ord. supra §. 2.* attendatur persona ultimi possessoris quoad proximitatem, non tamen illi succeditur, nec respectu illius est attendenda qualitas, seu capacitas personarum, cum hæc ex dispositione legis reguletur, ita ut discrimen sit grande inter proximitatem, & capacitatem personæ: quoad primum attenditur ultimus possessor, non tamen quoad secundum, quia instituenti succeditur, & respectu illius est metienda capacitas succedentis; unde cum huic ex dispositione juris succeda-

tur, à qua ſucceſſione repelluntur naturales, donec deſcendentes licet remotiſſimi inveniuntur, *d. Ord. in d. tit. 92. §. fin.* ergo D. Rea ſuccedere debet tanquam deſcendens inſtituentis, & primo vocati, quæ qualitas religionis non reddit inhabilem, ut cõmuniter obſervatur. Neque enim ei officit negatio tranſitus de una linea ad aliam; & cum intraſſet in lineam patris Actricis ſucceſſio non debet ad aliam redire, quia illa negatio tranſitus procedit quando in illa linea contentiva adest perſona, quæ non poteſt repelli ab alijs alterius lineæ; ſecus vero quando repelli valet, prout in præſenti A. repellitur, quia datur R. quæ eſt deſcendens legitima, & ut talis præferenda, aliter ſi decederet maior filius ſenioris filij Mariæ relicto ſolo filio naturali, iſte præferetur patruo ſecundogenito filij ſenioris Mariæ, quod tamen non admitterem, licet jam ſucceſſio in ejus perſonam intraſſet, cum patruus eſſet legitimus filij ſenioris, & donec datur legitimus deſcendens naturalis repellitur.

479 Hæc ſententia ſic declarata eſt communis, & pro ea iudicavit *Larrea* ſupra *dec. 32. num. 9.* ſed latius ab eo exornatur *num. 37. & 54.* ibi poſt legitimos deſcendentes fundatoris, ſcilicet ut *in d. num. 37.* ubi clarius expreſſit cum pluribus ſine mentione contradictonis; nec enim aliud decerni poterat, cum inſtituenti ſuccedatur: licet contrarium eſſet iudicandum, quando ad eſſent tranſverſales inſtituentis, nam illis præferatur naturalis data illius vocatione; & hæc eſt differentia, quæ datur inter caſum vocationis filij naturalis, & caſum quo non vocatur: ut in primo præferatur ſolum tranſverſalibus inſtituentis; *Larrea* ſupra *d. num. 37. & 54.* in ſecundo poſt omnes, ne bona libera remaneant. *Caſtilb. d. cap. 82. n. 49.* & ex dictis ſolvuntur in contrarium conſiderata.

480 Reſtat tamen videndum, utrum D. A. ſepulta R. habeat jus ad ſucceſſionem, cum tunc temporis deficient legitimi omnes filij ſenioris Mariæ? Et quamvis ex proxime dictis inferatur reſolutio negativa, quia aſſiſtens eſt deſcendens inſtituentis, cui ſucceditur, & ſic videtur adhuc dari obſtaculum Actrici: ſed contrarium cum D. D. proximioribus teneo, quia inſtituens viſus fuit renuntiare ſucceſſioni ſui ipſius, cum vocaſſet deſcendentes filij ſenioris Mariæ, & Actrix deſcendens vere ſit, quam inſtituens etiam prædilexiſſe ſupra oſtendimus.

481 Unde declararem jus ſucceſſionis ad A. pertinere per obitum Reæ, vel potius ad

ejus filiam, quæ legitima eſt, ne lites iterum moveantur, & ex inſiſtencia litis ſaltem ad id dirigatur A. petitio, & jam placuit Dominis proximioribus, remoto aſſiſtente.

Tandem recordor non obſtare mea ſententia ad excluſionem Actricis, quod inſtitutio fuiſſet in contractu ordinata, ubi videtur ceſſare diſpoſitio *Ord. ſup. §. fin.* ſed reſpondeo etiam diſpoſitionem æque comprehendere donationem extra alimentorum cauſam datis legitimis, *L. 1. Cod. de natur. lib. Tuſc. lit. N. concl. 13.* quinimo eo dato maioratus natura ſive in contractu, ſive in teſtamento inſtituti expoſtulat, ut datis legitimis deſcendentibus inſtituentis naturalis repellatur, cum immediate ipſi fundatori ſuccedatur. *Caſtilb. lib. 5. cap. 89. n. 153. Vlyſſipone 7. Maij 1672. D. Freyre.*

Hæc ſententia fuit impedita cum exceptionibus oppoſitis, & factis à Doctore Simone Cardoſo Pereira, quæ per ſententiam fuerunt rejectæ per eodem Iudices: & fundata fuit rejectionis ſententia in deliberatione ſequenti.

Exceptiones longiſſimæ, propagatæ que perorationes moleſti illuſtriſſimi excipientis patroni, adeo ex lectione tædio affectum me reliquere, ut vix calamum ad deliberandum poſſem ad manum accipere. Diſcat enim amuſus iſte, quod gladio, & non vanis clamoribus victoria reportatur; & ſententia vera juris prudentia, & non factabundis rationibus conſequitur.

In primis autem excipientis verbalis advocatus quædam futiles nullitates excogitavit, quæ potius nugæ apparent, ut authori convenient, quam apparenter rationales commendentur: ſed quia præcedentes Domini ſolerti, lautoque calamo præfacta capillamenta dilacerarunt, & exterminarunt, non longas deſcribam paginas.

Sufficiatque quoad exaratas nullitates recenſere proceſſus ſeriem quoad impediendam. In libello autem Actrix ab undecimis articulis conqueſta eſt, quod Rea originaria quoad cælum translata optimam partem elegit, alienaſſet maioratus bona in excipientem, eo prætextu quod ad illum ſpectaret ſucceſſio per alienantis obitum, & ita facta alienatio in fraudem Actricis proponebatur, quia excipiens in omni eventu Actrici non erat præferendus, cum non eſſet deſcendens primi vocati. Ecce in iudicium deductum Actricis jus quoad excipientem, & adverſus illum; & iſte etiam articulos oppoſitionis composuit, & licet non ut opponens, ut aſſiſtens admiſſus fuit, & ut talis ipſe cauſam nomine proprio, & R. fuit pro-

sequutus de jure suo docens, ita ut iudicis sententiam in sui favorem reportavit, in hacque secunda instantia instanter me, & alios iudices exoravit, ut sententia prolata confirmaretur, ea forma, ut declararetur jus successionis ad eum spectare post R. mortem.

484 Quia tamē Rea originaria vitam exhalavit, tempore quo causa contra excipientem victa erat in deliberationibus in favorem Actricis, licet quoad R. & A. indecisa, mortua Rea necessario sententia erat exaranda, quia jam decisa inveniebatur inter A. & excipientem, qui in iudicio erat; & ita in conferentia fuit evictum non solum cum iudicibus processus, sed cum alijs qui in mensa gravaminum inventi fuere.

485 Quæro nunc cum in iudicio esset excipiens, & solus causam agens, quid sperandum erat? Dabatur enim A. & R. assistens in iudicio, & sic satisfactum formæ legis *Ord. lib. 3. tit. 20. in princip. cap. forus de consuetud.* ad quid necessaria erat habitatio ejusdem vocati successoris, qui in iudicio erat, & iudicis decreto admissus, & sententiam pro se consequutus sine eo, quod de alio exactis appareret? habitatio eo tendit ut in iudicio quis ejus virtute admittatur; si enim jam est admissus, cur perditio hæc? cur nova admissio illius, qui jam in iudicio cōparet, ubi superflua citatio? Eleganter *Marrant. tit. de citat. num. 12. Vant. tit. de nullit. ex defectu citationis num. 17.* & si excipiens non erat in iudicio, quare conqueritur de sententia, quæ illi officere non poterat, si de jure tertij opponeret ordinarie.

486 Veritate hac supposita non valet argumentari, quod aliunde sententia impedita, & deliberationes non poterant subsistere. Primo, quia deliberationes erant conditionales *ad L. dies incertus ff. cond. & demonstr.* secundo, cum in vita possessoris non posset agi de futura successione maioratus. Vtrumque objectum puerile, & commentitium apparet: quoad primum, quia sententia pure invenitur exarata, quod sufficit; sententia enim est quæ attenditur, & jus præstat. Et esto quod conditio adesset in deliberationibus propius de futuro per mortem Reæ extitit conditionis implementum, & puræ remansere deliberationes, ex *L. hac conditio §. fin. ff. cond. & demonstr.*

487 Quoad secundum scilicet de jure de futuro, in hoc enim sædissima levitas, & contradictio allegantis detegitur, quia ultra quod sententia continet jus de præsentem, cum per mortem Reæ sileret jus de futuro; attamen si superstes esset R. adhuc in præ-

senti decerni poterat super futura successione; primo, quia ita A. & R. impediens urgebant, & jus successionis futuræ in actis examinatum inveniebatur, ut nihil extrinsecum posset optari, solumque assistens in iudicio esset super illo jure de futuro, & ita habuit sententiam in prima instantia, & in hac exoravit, & modo exorat.

Secundo, quia in præsentem A. deduxit ad iudicium jus de futuro, eo quod Rea alienasset in excipientem bona maioratus, ut ipsa Rea fatetur fol. 215. vers. & in hoc alienationis casu potest in vita possessoris de futura successione agi, nam supposita interventione jam jus de præsentem datur, & sufficebat illam existere causam, in qua iudicium fundaretur. Optime cū multis *Pereira dec. 129. n. 2.*

Quinimo ipse excipiens in rationibus secundæ hujus instantiæ fertiliori, & honestiori calamo hoc jus de futuro acriter defendit ad confirmationem sententiæ iudicis, & in comprobationem plura jura, pluresque DD. cumulavit, & ita practicari asseruit in omnibus Tribunalibus. Cur ergo tam subito corvus? Quando sententia in sui favorem profertur super jure de futuro justa, & legalis defenditur? Et quando contra ipsum emendatur, jam jus illud quod approbaverat, alienum est à juris ratione ob contradictionem, & jejunam allegantis subtilitatem; omnia enim sine juris succo, & sine metrorum lege fabulavit?

Arguit ulterius, ut in omni sillaba, virgulaque omni verbis luderet, quod in deliberatione nostra ad calcem suffragium præstiti pro Actrice, & opponente Dorothea; nam ibi non pro duobus simul, sed alternative posita est suffragatio, & tunc sufficit alteram partem adimpleri. *L. si plures 17. ff. cond. inst. regul. in alternat. in 6.* & cum per conferentiam fuit evictum, ut pro Actrice scriberetur sententia, extitit electa illa alternativæ pars; & sufficeret quod sententia ita scriberetur, hæc enim est quæ attenditur, & jus præstat, & implementum alternativæ exprimit: ita enim in ambiguis multoties solemus deliberare ad placitum sequentium, ut illis auditis veritas sequatur, & in sententia exaretur, cum deliberationes solum fuissent adinventæ, ut sententia maturius pronuntiaretur. *Solors. emblem. 46. n. 62.*

Uterius quia alius esset alternativæ sensus, ita ut libentius filiam admitterem, si mater non obstaret; & neque ei illegitimitas officiebat per mortem Reæ, filia enim legitima erat, & descendens primi vocati, & ita liben-

libentius ad illius admiſſionem ferebatur animus, ſi mater non obſtaret, & quando aliqua æquivocatio daretur, ejus eſt declarari, cujus eſt pronuntiare, & eliditur nugaciſſima calumniatio, ſimulque & verbales nullitates.

489 De meritis, neque in exceptionibus, & minus in perorationibus aliquid de jure adducitur, quod deciſum evertat; ſolum enim recalcantur rationes, quibus vulgo adſtruitur ſententia, quæ in maioratu ſimpliciter inſtituto ſine vocatione expreſſa, vel tacita naturalium filiorum illos repellit; cum tamen quæſtio aliò verſetur, & in quo reſtringitur prædicta reſolutio, utrum ſcilicet quando inſtituens vocavit omnes vocati deſcendentes, etiam naturales comprehenderet? Et late jam reſolutum eſt in deliberatione tacite vocatos eſſe, & admittendos ad ſucceſſionem deficientibus legitimis deſcendentibus primi vocati, ut tenent cum pluribus *Larrea dec. 32.* & multi alij reſententur in perorationibus ſine eo, quod aliquis contrarium teneat.

490 Et mihi fortius adſtruitur, ut in præſenti præferatur filia naturalis; quia hujusmodi maioratus conſtitutio in contractu dotali, & ſic oneroſo fuit celebrata, & extitit matrimonium principalis cauſa inſtitutionis, ut per *Larrea dec. 33. num. 13. Grat. tom. 5. cap. 984. num. 24.* & ob id maioratus matrimonij pars dicitur. Optime *Cancer. 1. tom. cap. 8. n. 217. verſ. quid plura, Larrea alleg. 76. n. 2.*

491 Conſiderataque illius contractus oneroſi natura, non ſolum eſt attendenda voluntas dotantis, ſed dotatorum, aliàs enim non contraherent, ſeu vinculo non conſentirent ex traditis per *Cancer. ſupra d. verſ. quid plura, Grat. d. n. 24.*

Et voluntas reciproca pro filia naturali adest: ex parte dotantis apparet, quia ordinavit maioratum ad omnes deſcendentes illius certi matrimonij, quod fuit finalis cauſa maioratus, & tunc cenſentur excluſi omnes alij, qui non ſunt talis matrimonij, vel ſaltem dum deſcendentes illius inveniuntur, ex *text. in L. filius à fratre, §. ſiquis ex certa, ff. liber. & poſth.* & faciunt quæ conſiderat *Larrea dec. 33. Cald. de poteſt. elig. cap. 13. n. 26.*

492 Ex parte dotatorum eſt evidens, quòd in defectum legitimorum deſcendentium velent naturales filios deſcendentes, & quòd iſti transferantur tranſverſalibus uxoris, & mariti affinibus, cum naturales ſint deſcendentes, & plus dilecti utpote una caro, ut cum *Castro concludit Tuſc. lit. D. concl. 219.*

num. 12. & quòd æqualiter diligantur à parentibus, ut legitimi, ſeu plus, tanquam amoris filij; *Agyd. de privileg. honeſt. art. 13. num. 47.* & de amore parentum circa naturales inveniuntur plures noſtri juris leges, quas fideliter allegat *Larrea d. dec. 32. num. 37. & 38.* ſineque dubio eſt, quòd dotati in conſtitutione dotis non ſolum pro legitimis, ſed etiam pro naturalibus deſcendentibus fuerunt ſtipulati, cum plus illos diligerent, utpote ex proprio ſanguine, quàm cognatos, & affines, aliàs non contraherent, ſeu vinculo non conſentirent, præcipue gener, contemplatione ejus nobilitatis maxima dos, & maioratus fuit conſtitutus; & iſte potius ambiret ſuos licet naturales deſcendentes, quàm affines, præcipue cum de jure noſtro regio nobilitatem habeant; *Carvalh. de teſtam. 1. p. n. 145.* ſicque vidimus plures illuſtres domos à naturalibus poſſideri.

Vnde cum hæc detur dotatorum voluntas, & ſtipulatio in contractu oneroſo dotis, licet filij naturales non repellerent deſcendentes legitimos ex altera linea, ſi extra contractum oneroſum maioratus fuiſſet ordinatus; tamen cum in contractu dotis fuit conſtitutus pro filijs illius matrimonij, ſublata fuit illa ſucceſſio, & renuntiata prout prædixi in deliberatione, ſine eo, quod patronus percipere valeret, cum eſſet ſegetis alienæ, ad *Ord. lib. 4. tit. 92. §. fin.* & neceſſario filios matrimonij illius deſcendentes, quamvis naturales comprehendit inſtitutio ex reciproca contrahentium voluntate.

Hinc eliditur vaga allegatio non admit- tendæ præſumptionis voluntatis circa admiſſionem naturalium, eò quòd ſanguinis qualitas, & ſexus nominata ad maioratum illam reſpuant; nam quoad ſanguinem ceſſat illa præſumptio, cum detur vocatio tacita ex illa generali vocatione omnium deſcendentium, ex *Larrea d. dec. 32. num. 54.* Quoad ſexum verum eſt, quòd inſtituens non haberet reſpectum ad filios naturales contrahentium, cum non ſolum nobilitas, & ſexus vocatæ, ſed actus matrimonij, qui ad legitimos tantum ordinatur, id reſpiceret; ſed tamen cum ordinatio maioratus ſit ad omnem deſcendentiam, cur non haberetur reſpectus ad alios deſcendentes naturales, præcipue ex masculis? Ego non credo, imo conſtanter teneo quòd illos prædilexere ad caſum deficientium legitimorum. Et quamvis verum ſit, quòd naturales ſolum admittuntur, quando deficient deſcendentes inſtituentis, qualis eſt impediens, tamen id procedit quando maioratus non fuit inſtitutus

tutus pro filiis certi matrimonij, & quando vocatio fuit universalis omnium descendendum, aliter prædictæ circumstantiæ vocationis generalis, & contractus onerosi operarentur; si illis extantibus descendens ex altera linea repelleret naturales cum circumstantijs deficientibus, semper in defectum legitimorum naturales admittam, ut observant omnes; & hoc sufficiat pro rejectione impedimentorum, & ne ulterius progrediar sine lege, & DD. eviteturque simul censura illius patroni, qui tamen omnis est verbum, & ampliori indigebat palinodia; deficit tamen tempus. Vlyssipone 12. Ianuarij 1673. D. Freyre.

495 Ab ista sententia fuit petita revisio; at petitionem non vidi, sed fundari potest in rationibus seqq.

496 De nullitate sententiæ patet ex eo, quia cum R. è vita decessisset, cessavit instantia litis, & absque hæredum, aut successorum habilitatione, nihil innovandum erat, neque etiam absque partium citatione, ex *Ord. lib. 3. tit. 27. §. fin. & tit. 82.* & tenent DD. citati à Nobis tom. 8. comment. ad *Ord. lib. 2. tit. 1.* & cum procederetur, fuit sententia nulla, ex *Mend. in fine p. 1. arrest. 12.* & rationem præstat *Olea de cess. jur. & act. tit. 6. q. 9. n. 1. & 2.*

497 Maxime quando agi non potest de jure futuro, ut diximus tom. 1. quo casu de nullitate non est dubitandum.

498 Neque de injustitia, quia in institutione naturales non reperiuntur vocati, neque expresse, nec tacite per conjecturas, quo casu succedere poterant tantummodo, ut constat ex deliberationibus antecedentibus, & ex DD. à nobis in hoc capite citatis.

499 Sed constitutus fuit simpliciter ad conservationem familiæ, & memoriæ nobilissimi institutoris, quo casu non possunt succedere naturales, nec admittuntur in legitimorum prejudicium, ex sequentibus fundamentis.

500 Primo quia præcipuus maioratum finis est conservatio familiarum. *Molin. de primog. lib. 1. cap. 11. n. 3.*

501 Quæ non conservatur per filium naturalem, quia non est de familia, nec de domo, nec de agnatione parentis. *Fusar. de subst. q. 354. & q. 360. num. 4. & q. 361. numer. 13. Paleot. de noth. & spur. cap. 39. num. 34. Flores var. lib. 1. cap. 16. art. 2. §. 2. num. 14. Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. num. 41. & lib. 10. cap. 4. num. 46. ubi Add. Pereir. dec. 14. num. 4. & 5. Valasc. conf. 134. num. 17. Phæb. dec. 97. num. 28. Reynos. observ. 33. n. 9. Egid. de privileg. honest. cap. 16. num.*

17. *Peregrin. conf. 41. lib. 1. Menoch. conf. 117. n. 52.*

Licet contrarium asserant alij, & dicant quod sunt de domo, & gaudent de nobilitate patris. *Otolor. de nobil. 3. p. cap. 3. num. 3. Garcia de nobilit. gloss. 20. num. 6. ubi explicat.*

Quia hac consideratione non obstante, non intelliguntur vocati, nec inclusi. *Rox. in epit. success. cap. 15. Garc. de nobil. gloss. 20. num. 17. Mant. de conjectur. lib. 11. tit. 14. num. 24. Monach. dec. Flor. 20. num. 2. 44. & 45. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. n. 82. Pereir. de guber. ind. lib. 2. cap. 19. num. 10. 13. 15. Noguero. alleg. 9. n. 21.*

Et ideo nec habitu, nec spe, nec potentia sunt tales naturales successibiles. *Greg. Lop. in L. 2. verb. las hijas, L. 32. tit. 9. part. 6. Mier. de maior. 2. p. q. 2. n. 1. & 2.*

Secundo, quia juxta jus Civile, & Regium nostri Regni, & Castellæ, filij naturales nobilitum, nomen filiorum non merentur, nec descendendum, *L. filium ff. de his qui sunt sui, vel alieni jur. Ord. lib. 4. tit. 92. & lib. 5. & in proem. L. Castel. tit. 7. part. 1. ubi Greg. Lop. Alex. Raud. de annolog. cap. 30. num. 92. Molin. & Gusm. veris 5. n. 5.*

Dicuntur enim nati ex infamia facti, *L. Cast. 2. tit. 6. part. 7. de qua re plura congerit Tirag. de nobilit. cap. 15. n. 14.*

Tertio, quia filij naturales nobilitum non succedunt ab intestato nisi in duobus casibus, & hoc patribus tantum, & non transversalibus, ex *Aub. licet Cod. naturalibus liberis*, & in testamento simpliciter eis jure alimentorum capere permissum est, ut probat *L. Castel. tit. 13. part. 6. L. fin.* quare cum in maioratibus succedendum sit, eo ordine, quo successio ab intestato defertur, *Castil. lib. 5. cap. 82. num. 50. Rox. in epit. success. cap. 32.*

Nihil mirum, quod filij naturales sicut ab intestato, ita etiam à maioratus successione censentur exclusi sicut in feudis. *Cap. 1. §. naturales si de feud. defunct. contr. sit.*

Quarto, quia *Ord. lib. 4. tit. 100.* vocat legitimos ad maioratus successionem, ut patet ex verbis ibi: *Descendentes legitimos*; & quando vocantur legitimi, non succedunt naturales, sed potius manent exclusi, & ratio exclusionis in comperto est. *Menoch. de præf. lib. 4. præf. 78. num. 67. Mant. de conject. lib. 11. tit. 12. num. 34. vers. unde, Rand. de annolog. cap. 36. num. 19. vers. tertio, Fusar. q. 314. eleganter Add. ad Molin. lib. 3. cap. 3. num. 41. vers. quarta, cum alijs Add. ad Reynos. observ. 33. pag. 221. vers. quarta, Larrea dec. 32. num. 57. in fin. Castil. tom. 5. cap. 82.*

82. num. 46. *Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 39.* ubi *Censale* eleganter, *Sousa* in *L. femina* num. 17. in *fin.* ibi: *Quod semper intelligendum est, dummodo filia sit ex legitimo matrimonio procreata: Molin. & Gusman vers. 5. n. 76. Crespo de valdaur. observ. 22. n. 168.*

Quæ resolutio procedit non solum quando in omnibus vocationibus posita fuerunt verba, *legitimos*; sed etiam quando in aliquibus, & in cæteris fuit omiffa, quia etiam in hoc casu intelliguntur vocati legitimi, & naturales exclusi. *Bald. conf. 186. num. 2. & 3. Peregrin. de fideicommiss. art. 25. num. 30. Manent. conf. 135. n. 4. & 18. lib. 2.*

Quia conditio regulatur à dispositione præcedenti, ut hi censeantur positi in conditione, qui positi sint in dispositione; & *Peregrin. supra, Gabriel conf. 69. n. 1.*

Nam ordo data primis vocatis, intelligitur posita, & repetita in omnibus vocationibus sequentibus, & data primis institutis, debet in posteris observari. *L. in oratione §. si filio ff. ad leg. falc. ibi: Inde capiunt formam, L. 3. ff. de fund. instr. ibi: Talem in fideicommissi causam videri placuit, qualis fuerit legatus. L. scia ff. don. caus. mortis, ibi: Propter legem in exordio datam. L. ædiles §. loquuntur ff. ædil. edict.*

Fundator enim non potest omnes casus prevenire, ut aliàs dixit *text. in L. non possunt, ff. de legib. & in forma data in uno, servanda est in alijs, ut patet ex verbis d. text. ibi: Ad similia procedere, atque ita jus dicere debet.* Atque ita est conjectura certa, quod dispositum in una persona, constituit regulam ad alias, & ad observantiam in cæteris casibus. *Arg. text. in L. denique, §. fin. ff. pecul. leg. L. neque tutores, vers. sed et si ff. de rebus eorum, ibi: Et de cæteris puto ex sententia orationis idem esse dicendum: L. 2. Cod. de conjug. cum emancip. lib. 11. ibi: Potest superior sermo ad hunc casum referri.*

Et in omnibus materijs est conclusio certa, quod forma, & ordo succedendi data per Fundatorem primis vocatis, & institutis, observanda in cæteris casibus successionis erit, *L. quæ conditio ff. cond. & demonstr. ponit pro regula Bart. in L. fin. n. 2. ff. ad Trebel. Gam. dec. 307. n. 5.*

Et loquendo in conditionibus positis in uno gradu, quod intelligantur repetitæ in cæteris. *Decian. conf. 480. num. 12. Cæphal. conf. 581. num. 13. lib. 4. Surd. conf. 344. n. 14. vol. 3. Castilh. tom. 6. contr. cap. 178. n. 2. & cap. 181. num. 8. 10. & 21. Larrea dec. 51. num. 16.*

Et in qualitatibus extraordinarijs. *Me-*

noch. conf. 33. num. 15. & conf. 158. num. 11. & conf. 530. num. 27. Surd. conf. 319. num. 11. Mantie. de conjectur. lib. 8. tit. 8. num. 16. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 47.

Et in qualitate masculinitatis, comprobatur *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 51. & seqq. Mier. de maior. 2. p. 9. 6. num. 97. Menoch. conf. 117. num. 69. Fusar. 9. 406. n. 26. Castilh. d. cap. 178. n. 2. & d. cap. 181. n. 2. 9. & 10. Larrea dec. 51. n. 10.*

Et in repræsentatione, quando in aliqua parte loquitur de illa, quod censeatur repetita, & concessa in omnibus casibus, & concessa in uno gradu, extendatur, & repetatur in alijs. *Robl. de repræs. lib. 1. cap. 13. num. 24. Gut. lib. 3. pract. 9. 67. num. 55. & seqq. Fusar. 9. 313. num. 59. Castilh. tom. 2. cap. 4. contr. num. 12. & lib. 3. cap. 19. num. 289.*

Et in qualitate legitimitatis iudicatum fuit in causa Alvari Ferreira Frade, cum Hieronymo Leitão de Meireles, Scriba Emmanuele Pinheiro da Costa; & si testator voluit, quod repetitio daretur in proximioribus, multo magis in remotis, ut tenet *Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 63.* maxime quando ex repetitione legitimitatis observatur dispositio juris communis, & Regni, & non contra illud, quo casu datur repetitio, quia quando ex illa non inducitur aliquid contra jus commune, sed secundum illud admittitur. *Bart. in L. præter §. erit ff. vi bonor. rapt. Molin. de primog. d. cap. 5. n. 37. 59. usque ad 62. Castilh. lib. 2. cap. 4. n. 37. & probat text. L. si testamentum, §. si autem, Cod. de inst. & subst. ibi: Et sic omnia completi, tanquam si testator ipsas institutiones eisdem conditionibus copulasset, atque ita qualitas legitimitatis repetenda est in omnibus casibus ad excludendos naturales.*

Licet aliud sentire videantur alij dum dicunt, quod conditio extranea, & accidentalis non debet repeti, nec extendi, sed debeat restringi ad casum, in quo litteraliter loquitur. *L. fin. §. scio ff. leg. 2. L. filium familias, ff. quando dies legati cedat, L. peculium, §. fin. ff. leg. 2. L. legatum 24. ff. adim. legat. L. sub conditione, ff. hæred. inst. Alciat. conf. 96. num. 2. & conf. 546. num. 2. Socin. jun. conf. 108. num. 233. & conf. 200. n. 20. Ruin. conf. 93. num. 4. & conf. 114. numer. 17.*

Et in terminis repetitionis qualitatis masculinitatis, ad hoc ut detur prælatio masculi alterius lineæ contra cursum, & successionem regularem, defendunt contra *Abbas conf. 36. col. fin. Annan. conf. 22. col. 11. communiter*

munitur sequuntur *Ias. conf. 34. col. 4. lib. 3. Socin. junior. conf. 23. & conf. 29. num. 12. & conf. 100. num. 20. Farinac. dec. 485. num. 3. vers. præterea, & in collectis dec. 354. p. 2. & conf. 66. Albenf. conf. 224. & conf. 484. The-saur. dec. 37. & 188. Pedroch. conf. 5. n. 63. & 165. Reminald. conf. 59. & conf. 80. num. 21. lib. 1. Cæphal. conf. 68. num. 16. & conf. 527. n. 20. Marzar. conf. 8. n. 12.*

522 Et loquendo in maioratibus. *Menoch. conf. 82. & conf. 6. num. 46. & conf. 926. Castilb. lib. 2. cap. 4. & seqq. præcipue n. 141. Gut. conf. 13. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. n. 56. vers. sed quamvis, & n. 57.*

523 Et in terminis legitimitatis, quod non censeatur repetita in alijs clausulis, tradit *D. Hieronymo de Leon dec. 93. num. 28. & seqq. lib. 1.*

617 Sed iterum, & vehementius replicari potest ex parte appellantis, quod tota supra posita ratiocinatio eidem inservit, quoniam eidem non obstat, ut verbum (filius) nepotes contineat; quoniam neque ipse appellans est filius Christophori, ex quo plures dantur descendentes, neque ipse appellans concurrat cum descendantibus Ioannis sui patru: si ipse fuisset filius Christophori, statim cederet appellato, quoniam revera est legitimus descendens ex Christophoro, sicut si appellatus fuisset descendens ex Ioanne, statim præcederet, & ita nil ad vim facit tacere (recte dicit appellans) an appellatione filij nepos contineatur, vel non: vehementius, inquam, appellans poterit replicare, quod illa voluntas expressata respectu Christophori censenda est repetita respectu omnium successorum, ita ut sensus sit, quod sicut instituentes voluerunt, ut morte Christophori, qui certe fuerat primus administrator, admitterentur suo ordine descendentes ab eo, illisque deficientibus admitteretur filius naturalis, ita voluerunt, ut morte ultimi administratoris admitterentur descendentes ab eo, illisque deficientibus admitteretur filius naturalis procreatus ab ipso ultimo possessore. Hæc enim replicatio est maximi ponderis, nam si repetitio in omnibus censenda est, per consequens fit, quod si Francisco fuisset ultimus possessor, siue Elisabetha, semper Petrus avus ap-

pellantis successurus erat: quoniam neque ex Francisco patre, neque ex Elisabetha descendentes extiterunt. Si tamen repetitio non sit omnimodo consideranda, aut censenda, tunc sine dubio appellatus meliori fruitur jure; idcirco pro coronide venit iste punctus examinandus.

618 Antiquissima est controversia, an illa qualitas, quæ exprimitur in prima vocatione, censetur repetita in sequentibus? In qua questione, & si pars affirmativa sit communis juxta notatos per *Molin de primog. lib. 3. cap. 5. num. 56.* attamen ipse tenet negativam opinionem, dicens hanc esse in puncto juris veriore; at vero cum ipsemet *Molin.* limitet *ibidem num. 65* suam, quam amplectitur, opinionem, casu, quo instituens adjecit, ut in alijs omnibus vocationibus, eodem modo succedatur: & ita statuissent nostri instituentes, prout patet fol. 646. vers. n. 1. in fin. & fidelius fol. 781. vers. n. 34. per consequens fit, quod illa qualitas, quam instituentes in prima vocatione adjecerunt, expresse censenda est repetita in sequentibus, & si omissa fuisset; & ideo dicendum videtur, quod sicut instituentes voluerunt, ut in defectum filij legitimi primi possessoris, qui fuit filius Christophorus, statim admitteretur filius naturalis ipsius Christophori, ita voluerunt, ut in defectum filiorum alterius successoris sequentis, statim filius naturalis ipsius sequentis possessoris admitteretur: unde videbatur, quod cum morte Ioannis, nullus legitimus filius extitisset, admittenda erat omnino Elisabetha filia, si qua forte naturalis erat; ac perinde videbatur, quod morte Elisabethæ devoluta fuerat Petro jure representationis, quamvis Francisco pater ejusdem, naturalis, ingressus non fuisset in successionem, ac per consequens ad appellantem, ut pote nepotem ipsius Petri.

619 Attamen his non obstantibus, ego judicarem, quod in nostris terminis illa forma, quæ fuit expressata in prima Christophori vocatione, non censetur repetita in sequentibus in omnibus, & per omnia; imo solum secundum quid: itaque dicendum putarem, quod respectu hujus, secundum quid, adjecerunt instituentes illa verba, *ibi: Tendo senelles a maneira de successão acima declarada, & querem, & lhes praz, que esta maneira de successão por elles acima declarada com todas as clausulas, que dito tem em seu filho Christovão Esmeraldo, se tenha em todos os successores deste morgado;* de quibus fol. 781.

Voluerunt equidem instituentes, quod 620
in

in quocunque futuro ſucceſſore, qui vere, & realiter juſtus fuerit ſucceſſor, obſervetur illa forma ſuccedendi, quæ ſcilicet fuit expreſſata in prima Chriſtophori vocatione, quæ quidem forma invenitur fol. 17. & alibi ibi: *E na ſucceſſãõ do diſto morgado ſe terã a maneira ſeguente, &c.*

621 Hinc venit, quòd ſi eveniat caſus, in quo defecerunt filij ex Chriſtophoro, & cæteri deſcendentes etiam deficient legitimi, deturque aliquis filius naturalis ex Chriſtophoro, aut aliquis ab eodem filio naturali deſcendens, ſuccedat iſte filius naturalis, ſuccedatque deſcendens ab eo, ſicut in deſcendentibus legitimis, ſi forte eſſent, ſuccedendum erat; hoc enim ſenſu certum mihi eſt dari omnimodam repetitionem in omnibus, & per omnia; at vero ceſſat repetitio reſpectu ulterius, ſecundum quid.

622 Supponamus, quòd exiſtant legitimi deſcendentes ex Chriſtophoro, prout exiſtant, eo quòd appellatus deſcendit per lineam directam, ac legitimam ex illa Anna, quæ erat filia Chriſtophori, unaque exiſtant deſcendentes per lineam directam; at vero illegitimam, prout videmus contingere in appellante, qui certe etiam deſcendit ex memorata Anna per lineam directam; attamen talis linea hodie in perſona appellantis eſt illegitima, eo quòd Petrus illius avus fuerat filius Franciſci illegitimus (iſte enim eſt noſter caſus) in eo dicerem ceſſare repetitionem. Itaque ſit ſenſus, quòd ille Petrus nunquam inſtantiam habuit, eo quòd tunc exiſtebant deſcendentes ex Chriſtophoro, & tunc demum haberet ingreſſum, ſi neque aliquis deſcendens ex Chriſtophoro exiſſet.

623 Neque dici poteſt, quòd inſtantes, quando mentionem fecerunt de filio naturali, ſolum vocarunt filios ex Chriſtophoro non deſcendentes, ac perinde videbatur vocationem filij legitimi non eſſe extendendam ad deſcendentes legitimos: quia facilis eſt ſolutio, dicendo, quòd appellatione filiorum nepotes continentur, prout ſupra jam tetigimus: vel dicamus, quòd ſi appellatione filij legitimi ex Chriſtophoro nepotes legitimi non continentur etiam appellatione filij naturalis ex Chriſtophoro, cæteri deſcendentes illegitimi, & ſi deſcendant ex aliquo patre legitimo, non continebuntur; tandem ſemper attendendum eſt, an exiſtant deſcendentes legitimi ex Chriſtophoro, illis enim extantibus, nullus filius, aut deſcendens naturalis eſt admittendus. Ratio eſt, quia ſplendor familiarum conſervatur per legitimos, non vero per naturales inſtituentis de conſervatione, & augmentatione

nobilitatis cogitarunt fol. 742. in fin. & ideo ſolummodo in ſubſidium naturales vocarunt; ſatius eiſdem viſum fuit, ut ſaltem eorum memoria conſervaretur per deſcendentes illegitimos, deficientibus legitimis deſcendentibus ex Chriſtophoro, noluerunt haberi reſpectum ad deſcendentes ultimi poſſeſſoris, ſed ad deſcendentes legitimos ex Chriſtophoro.

Neque tandem replicabitur, quòd ſucceſſio poſtquam in aliqua linea intravit, ab ea non exiit, niſi quando deſcendentes in ea deficient prima reſpondetur cum *Grat. forenſ. tom. 2. cap. 218. num. 25. & 86.* hoc procedere quando in prædicta linea ſuper eſt aliquis ad ſuccedendum habilis: ita ſunt intelligendi omnes in hac materia loquentes, quorum plures recenſet *Souſa de Maced. deciſ. 16. num. 5.* At vero filius naturalis extantibus deſcendentibus legitimis ex Chriſtophoro non eſt capax ad ſuccedendum, imo eſt exclusus, quoniam ſolum in ſubſidium fuit filius naturalis vocatus extincta linea directa legitima.

Ex quibus, & ex traditis, ſemel, & iterum à doctis patronis ſententiam confirmarem. Vlyſſipone 19. Aprilis 1678. Doutor Alvarez Coelho.

Tertius eſt proceſſus iſte, qui ſuper eodem ſucceſſionis jactu formatus invenitur. Et licet primus, & ſecundus neceſſario ventilarentur: Primus, quia inter Antonium, & Petrum non facilis erat ſucceſſionis deciſio, ut infra ventilabitur.

626 Secundus vero extitit neceſſarius, quia undique caviloſe agitata fuit prima cauſa inter Petrum, & Antonium ſuprimendo perſonam Eliſabethæ naturalis filix ultimi poſſeſſoris Ioannis, quæ ſi fuiſſet expreſſa, alia eſſet ſucceſſionis deciſio per eoſdem Iudices digniſſimos, qui in prima ſententia filijs naturalibus prælationem præſtitere contra tranſverſales legitimos etiam à primo vocato Chriſtophoro deſcendentes, & ita non potuit prima ſententia ſequenti ſucceſſori nocere ex late traditis per *Caſtilh. lib. 5. cap. 157. n. 28. Addentes ad Molin. lib. 4. cap. 8. Cald. forenſ. 9. 23. n. 85.*

Nullam tamen neceſſitatem huius tertij proceſſus inveni, & aliquid detegere potui; nam Actoris pater extitit Reus in ſecundo proceſſu, & condemnatus ad reſtitutionem maioratus, & cum nulla ex parte illius colluſio daretur, ſed imo plena cauſæ cognitio, ſive deſenſio reperiatur, neceſſario ſententia illa filio nocere debebat ſecundum communem, & veriore opinionem, de qua *Caſtilh. Molin. & Cald. ſupra, Saragoſienſe*

miento in *L. unam ex familia §. si de falci-
dia, ff. de legat. 2.*

628 Et neque justificari valet processus ex re-
servatione juris, de qua in appendice fol.
920. ex allegatione spuritatis Elisabethæ;
quia ad primum certum est juris reserva-
tionem per se non præstare agendi jus si
aliàs non competat. *Grasian. decis. 6. num.
57. Salgad. de reg. protect. 4. p. cap. 7. num.
104.* Circa secundum non deficit A. pater
in allegatione spuritatis, ut fol. 809. in ap-
pendice, & cum cavillosa contra patris con-
fessionem videretur, rejecta extitit per exi-
mios Iudices; & principaliter, quia valde
diverso fundamento R. nostro successionem
judicarent, scilicet, quia in ea fuerunt opi-
niones, quòd transversales legitimi descen-
dentes à primo vocato deberent præferri fi-
lijs naturalibus secundum foundationis clau-
sulas, & quòd de facto Elisabetha, & non
de jure possessionem vinculi intravit, ut eli-
citur ex doctissimis deliberationibus in ap-
pendice.

629 Sed non leviter contra hujusmodi se-
cundæ sententiæ fundamentum urget, quòd
ex eo non poterat prima sententia tolli,
quia jam in ea judicatum erat filios natura-
les ex foundationis clausulis præferendos ef-
se, & sic nulla extitit secunda contraria ex
fundamento contrario juxta *Ord. lib. 3. tit.
75. in princip. juncta L. 1. Cod. quando provo-
care non est necesse.*

630 Et principaliter, cum primæ sententiæ
fundamentum non esset contra jus expres-
sum, sed desumptum ex interpretatione
mentis instituentium secundum clausulam
tertiam, quæ naturales filios admittebat, &
cum difficilis reputetur ultimæ, & alienæ
voluntatis interpretatio, cum sæpe prop-
ter ambiguitatem verborum, neque dis-
ponens dicat quod vult, quia id non lo-
quitur, neque quod vox significat, quia id
menti, & voluntati repugnat, ut inquit
Jurisconsultus *Paulus in L. 3. ff. reb. dub.*
& ideo non nisi temere valebant iudices in
secunda sententia priorum interpretatio-
nem condemnare, cum in interpretatione
mentis alienæ peritiores errent, & per illos
adimatur maioratus vero successor, & præ-
stetur jus non habenti ex argumento *L. 1.
ff. de appellat. ergo ex hoc saltem fun-
damento necessarius fuit iste processus.*

631 Respondetur tamen, quòd secunda sen-
tentia contra primam lata tunc nulla est,
quamvis prima valida prolata extitit. *Barb.
in 3. p. rubricæ num. 57. ff. solut. matrim.
quem sequitur Barb. alter ad Ord. lib. 3.
tit. 75. num. 5.* sententia autem prima inter

Antonium, & Petrum per collusionem ob-
tenta legitur, cum suppressa fuisset persona
Elisabethæ; quæ si exprimeretur, iudices,
qui prælationem præstiterunt filijs naturali-
bus, pro Elisabetha suffragassent, cum ulti-
mi possessoris esset filia, & ita tunc non ve-
niret improbanda iudicum interpretatio;
sed data collusionem, non est cur impedian-
tur Antonij descendentes, iterum agere
non obstante prima sententia inutili, & per
collusionem obtenta, *text. in L. à sententia
5. text. in L. si per lusorio 14. ff. de appellat.
& ibi Bart. & alij, Thusc. litter. S. conclus.
153. numer. 84.* & fortasse quia de processu
illius primæ sententiæ non apparet, & ita
parum ei est credendum. *Vant. de nullitat. ex
defectu processus num. 14. Thusc. litter. S. con-
cl. 162.*

Ex quibus cum primus processus valide 631
fuit agitatus, & in eo non deficit allegatio
aliqua; cum etiam spuritatis propolita fuisset
in exceptionibus per Actoris patrem,
nulla actio Actori erat ad iterum R. extor-
quendum, cum neque ipse pater possit, & fi-
lius alio jure ad successionem venire non va-
leret, cum unus sufficiat iudicati finis, ex *L.
singulis 6. ff. de except. rei judicatae.*

Et quamvis Actor admittendus esset ad 633
probationem spuritatis Elisabethæ, aliqua-
liter eam non demonstrat in his actis, neque
id efficere valebat contra confessionem suam
circa naturalitatem illius in appendice; sed
imo ex parte R. legitime edocetur testibus,
& documentis legalibus Elisabetham filiam
naturalem Ioannis fuisse, ut late delineavit
doctissimus appellati Patronus in hac in-
stantia, sicque ex his elicitur minus juste re-
servationem juris in appendice concessam
fuisse, ut primus eximius Dominus adnota-
vit.

Sed quia de facto iste tertius processus 634
agitatus reperitur super eodem successionis
puncto, non absre erit iterum de jure suc-
cessionis disputare, & inquirere, an secun-
dum clausulas institutionis fol. 743. debeant
præferri naturales filij possessoris ultimi, la-
teralibus, & consanguineis legitimis, vel e-
contra.

Adverto tamen, quòd hujusmodi disputa- 635
tio necessaria non est ad exclusionem A-
ctoris, nam supposito, quòd Elisabetha filia
naturalis Ioannis extitit, ut verissimum vi-
detur, sive ipsa Elisabetha jus succedendi ha-
buisset, vel non, nunquam filius naturalis
ejus mariti Francisci, à quo Actor jus diri-
vat, succedere valebat, sed R. avus Antonius,
& illius lineæ descendentes.

Nam si Elisabethæ jus succedendi erat 636
ex

ex tertia clauſula, qui naturales admittebat, per ejus obitum nunquam filius mariti naturalis jus habere poterat, quia tranſverſalis Elifabethæ erat; & concurrens cum lateralibus legitimis, ſemper iſti præferendi erant ex illa regula vulgari, quæ legitimos præfert naturalibus, admittendo tantum iſtos in defectum aliorum, ut late per *Caſtilb. lib. 5. cap. 82. num. 41. Roxas de incompat. p. 1. cap. 6. num. 28. Molin. lib. 3. cap. 3. à n. 41. Larrea decif. 32. Guſman de verit. jur. verit. 5.*

637 Si autem Elifabetha jus ſuccedendi non habuit, tunc delata fuit ſucceſſio ad Franciſcum ejus maritum, qui legitimus collateralis erat, & ex eadem ratione, qua Elifabetha filia naturalis non potuit ſuccedere, ex ea etiam filius naturalis Franciſci, cum utriuſque eadem eſſet incapacitas, & ita per obitum Franciſci neceſſario delata fuit ſucceſſio ejus laterali Antonio de Carvalhal Rei avo legitimo, qui melioris lineæ, & gradus proximioris erat.

638 Ergo ad excluſionem Actoris, qui à filio naturali Franciſci descendit, non eſt neceſſaria illa diſputatio, de qua ſupra; cum remoto naturali, removeantur ejus descendentes, quamvis legitimi ſint. *Mier. p. 2. q. 2. à n. 31. Addentes ad Mol. lib. 3. cap. 3. n. 41. Roxas ſupra n. 110. Caſtilb. lib. 3. cap. 29. n. 3.*

639 Ut ille tamen erat diſputatio illa ad ſatisfactionem, ut neque in caſu, quo Elifabetha nota eſſet, A. jus haberet ſuccedendi; ſecundo ut cognoſcaur quales ex judiciis magis feliciter foundationis clauſulas interpretati ſunt, cum primæ ſententiæ iudices naturalibus detulere; alij vero econtra.

640 Igitur pro parte filiorum naturalium non levis eſt argumentatio ex tertia foundationis clauſula fol. 743. ex qua evidenter conſtat, quòd naturales filij fuerunt vocati ad ſucceſſionem in defectum legitimorum, & cum Ioannis ultimi poſſeſſoris filius legitimus non remanſit, ſed naturalis Elifabetha, ipſe ſuccedere debebat ex propria, & expreſſa vocatione, ex quo primo maioratum ſucceſſiones deferuntur, juxta *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.*

641 Aliter nihil operaretur alia naturalium vocatio, quia de jure filius naturalis admittitur ad ſucceſſionem maioratus in defectum legitimorum, ut per *Caſt. Rox.* & alios ſupra, & ſic otioſa maneret illa naturalium vocatio, quod dicendum non eſt, cum naturales vocati admittantur. *Molin. lib. 3. cap. 3. num. 41. Larrea decif. 32.* & paſſim omnes; unde talis vocatio operari debet, ut naturalis præferatur collateralibus legitimis; ali-

ter maneret naturalis ſub diſpoſitione juris, & illius vocatio ſine aliquo effectu.

Principaliter quia iſtituentes naturales 642 filios Chriſtophori legitimatos per Principis reſcriptum vocarunt, ex quo non ſolum habiliores efficiuntur ad ſucceſſionem maioratus juxta ea, quæ *Gam. decif. 278.* cum pro legitimis debeant judicari. idem *Gam decif. 111. & ibi additio;* ſed etiam ex ea legitimationis clauſula, elicitur iſtituentium voluntas circa admiſſionem naturalium cum prælatione ad alios collaterales, qui nullum jus acquiſitum habent, cum libera ſit diſponendi facultas circa prælationem naturalium, ex *L. 1. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

Et neque dici valet, quòd illa vocatio 643 naturalium fuit tantum reſtricta ad Chriſtophorum, ut ſuccederent ipſi, ſi filios legitimatos non habuiſſet, & ita non debet extendi ad alios ſucceſſores; cum plurium DD. opinio teneat quòd qualitas repetita eſt judicanda in ſucceſſoribus. *Guid. q. 485. Bart. in L. 1. Cod. Imp. Caſtilb. lib. 2. cap. 4. n. 138.*

Accedit, quòd filij naturales non adeo 644 ſunt exoſi, ut reſtringenda ſit illorum vocatio erga naturales, aut legitimos, *Agid. de privileg. honeſtat. art. 13. num. 47.* & ideo non defecere ſcribentes, qui pro filijs naturalibus pugnarunt, ut per *Guſman. & Larr.* ſupra, & ſecundum omnes non ſolum ex vocatione expreſſa, ſed etiam tacita ad maioratus ſucceſſionem admittuntur.

Contraria tamen opinio, quam admiſſere diſertiffimi Iudices in appendice, fortiori jure nititur; quam libenter ſequor, cum pro ea fortiores conjecturæ voluntatis fundatorum adſint, & ex ſucceſſionis ordine præſcripto in foundatione fol. 743. clare elicitur iſtituentes voluiſſe prælatione collateralibus legitimis præſtare, ſi eſſent descendentes à primo vocato Chriſtophoro.

Quod demonſtratur ex eo quòd fundatores 646 valde dilexere legitimitatem ſucceſſorum, primo enim vocarunt filios legitimatos, & legitimos descendentes, ut fol. 742. ibi: *Havendo o dito Chriſtovaõ Eſmeraldo filhos varoens legitimatos;* & fol. ſequenti: *Enam havendo hi descendentes do dito Chriſtovaõ Eſmeraldo de legitimo matrimonio;* & ibi: *E porque noſſa vontade he em quanto for poſſivel, que o dito morgado ande em noſſos descendentes por linha directã.* Vnde cum Reus, & ejus linea descendat à dicto Chriſtophoro prævio matrimonio,

monio, ut ex actis liquet, necessario dicendum est, quod preferendus est naturali filio ultimi possessoris, qui solum intransiam habere potuisset, si deficerent descendentes legitimi prædicti Christophori, ut infra dicemus.

647 Quod clarius detegatur, ex eo quia fundatores in defectum filiorum, & descendentium legitimorum, primo vocarunt transversales, quàm filium naturalem, ut fol. 743.

648 Et ulterius, quia naturalis filius solum ad casum, quò legitimi deficerent, vocatus legitur dicto fol. 743. ibi: *Sendo caso, que o dito Christovão Esmeraldo nosso filho nam baixa filhos, ou filhas legitimas de sua mulher, havendo algum filho, ou filha bastardo, &c.* Et cum R. & ejus linea legitima deveniat ab illo vocato Christophoro, non venit adhuc conditio, sub qua naturalis filius vocatus apparet; quare, ni fallor, prælatio legitimorum clare elicitur ex eisdem fundationis clausulis: Ita jam legaliter, & feliciori minerva observarunt primi doctissimi Domini, & Iudices disertissimi in appendice.

649 Neque moveor ex fundamentis contrariæ opinionis, scilicet, quòd vocatio naturalium reperitur cum qualitate legitimationis, quæ vocatio parum operaretur, si collaterales præferretur naturalibus. Quia respondetur vocationem naturalium non manere sine effectu, quia cum illi ex juris dispositione non admittantur sine vocatione, nisi deficientibus omnibus legitimis collateralibus; data vocatione, solum collaterales descendentes à Christophoro præferendi sunt, non vero alij, v. g. descendentes à fratribus Christophori, vel aliter collaterales, nam istos repellat naturalis, quia vocatus: quam distinctionem jam in alio processu æqualis ponderis observavi, & neque qualitas legitimationis contra geminatas legitimorum vocationes, aliam voluntatis conjecturam inducere valet.


Ex quibus evidenter patescit, quòd per

obitum Ioannis, non Elisabetha ejus filia naturalis, sed Gaspar maritus legitimus successor extitit, tanquam legitimus, & proximior melioris lineæ, & cum iste decessit sine filijs, successio ad R. ejus fratrem Antonium de Carvalhal, ut fol. 202. in appendice, & ita ad R. ejus legitimum nepotem omnes descendentes à primo vocato; quibus datis, naturalibus locus non est, ut judicatum fuit in appendice.

Neque moveor ex Decreto, sive sententia in appendice fol. 847. ubi agnoscitur Elisabetham possiditricem maioratus administratricem extitisse.

Respondetur, quòd in eadem sententia, aliud legitimitatis verius agnoscitur fundamentum, sicut in deliberationibus fuit ratiocinatum; & prima deliberatio in exceptionibus de facto Elisabetham possiditricem decidit, & omnium judicum id fuit animus, & sententia, ut legitimi præferrentur naturalibus, & licet in decreto de successione Elisabethæ fiat mentio, eo tamen respectu fuit, ut cessaret argumentum primæ sententiæ, cum admissis naturalibus, non Petrus, sed Elisabetha succedere debebat, & ita bona esset declaratio de prælatione legitimorum, ut deinceps lites cessarent; sic probata sententia. Vlyssipone 7. Maij 1678. Doutor Freyre.

Et de hac re, materia, & quæstione, & quando naturales, aut spurij possint succedere, vel non, ad alias quæstiones vide quæ diximus tom. 1. cap. 2. num. 72. & seqq. & cap. 5. num. 51. & seqq. ubi ad multa, & num. 303. & cap. 6. pag. 354. & 355. & 356. & pag. 440. num. 204. & seqq. & vide semper processum inter Ioannem Freire de Almeida, cum Michael Soares de Vasconcellos, apud Notarium Emmanuelem Soares Ribeiro, circa vocationem Profapiæ dos Almeida, & proximioris legitimi, in quo judicatum fuit pro legitimo descendente ex illegitimo excluso consanguineo ex alia via, ex Roxas de incomp. p. 1. cap. 6. num. 128. Molin. & Gusman. veris. 5. & num. 44. & alij supra citati.



PROTESTATIO.

ME in scio, si aliquid in hoc Libro, vel alibi, Melapsum est, quod Catholica Fidei, aut Christiane

stiana Religioni aliquatenus aduersetur; vel ignaro, quod DD. minus probari contingat; id omne indictum, non scriptum, & Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ censura, aut cuiuslibet melius sentientis correctioni subiectum, ex debito voveo, ex animo volo.

LAVS DEO.





INDEX

RERVM, & MATERIARVM, quæ in hoc Volumine continentur.

Prior numerus paginam, aut Caput, secundus numerum signat.

A

Abintestatus, Abintestato.

Maioratus quando censeatur institutus temporaliter, vel perpetuo, ita ut extinguatur, & in ultimo bona maneat libera in ultimo vocato, & succedere possit hæres abintestato, & filij positi in conditione censeantur vocati, & positi in dispositione, & onus missarum inducat maioratum. pag. 454. & 455.

In maioratus successione, an pater, & mater comprehendantur in vocatione hæredum abintestato. pag. 455.

Absolvere.

In maioratus successione quando non ostenditur institutio, nec probatur maioratum institutum fuisse, Reus absolvendus venit. pag. 453.

Absens.

Quomodo probetur, quem esse ultimum maioratus possessorem, & an absens, vel ejus administrator. pag. 235.

Maioratus successio per mortem absentis, & cedentis, & usufructuarij ad quem devolvatur per lineam, & repræsentationem, aut sine illa. pag. 320. 321. 322. 323. 324. & pag. 326.

Abstentio.

Abstentio hereditatis non obstat successioni maioratus. pag. 29. n. 67.

Acceptans, Acceptare.

Acceptans maioratum possidendo visus est gravaminibus subdere. pag. 43. col. 1.

Acta.

Pars II,

Quando acta præjudicent, & sententia in maioratus successione quando faciat rem judicatam, vel non. pag. 18. col. 2. & pag. 19.

Actor.

Actore non probante Reus absolvitur. pag. 11. n. 8. vers. moveor, pag. 13. vers. in dicto.

In maioratus successione si Actor non probat consanguinitatem cum possessore ultimo venit Reus absolvendus. pag. 31. & 32.

Actor tenetur declarare in maioratu, mota lite, ex qua via sit consanguineus institutoris per gradus distinctos, ad hoc ut Reus possit defendere se, & iudex judicare. pag. 33. n. 79.

In maioratus successione si non probet Actor qualitatem primogenituræ, an Reus veniat absolvendus. pag. 176. n. 607.

Actor consanguineus ad maioratum obtinendum non sufficit probare consanguinitatem quando agit cum alijs præsumptivæ, nec generice, sed concludenter tenetur probare per gradus distinctos cum distinctione graduum, alias venit Reus absolvendus. pag. 180. n. 643. & seqq. & pag. 181. n. 648. & pag. 182. & 184. n. 657. & seqq. & pag. 185. 189. pag. 228. & 229. ubi quando fit mentio de verbo gradu. pag. 230.

Maioratus possessor, quando absolvi debeat ex defectu probationis Actoris. pag. 196. 197. 199. & quare, pag. 203. col. 1. ad fin. & pag. 204. ad fin. pag. 229. col. 2.

In maioratus successione non attenditur ad jus Rei, si Actor petens non probat suam intentionem. pag. 344.

In maioratus successione quando debeat edi originalis institutio, ad hoc ut Actor admittatur ad successionem consequendam. pag.

460.n.837. & seqq. ubi etiam de falsitate opposita, & pag. 462.
 In maioratus materia si Actor non probat, Reus absolvitur, & quare. pag. 632. n. 47.
 Adultera.
 A maioratus successione quando excludatur impurus, illegitimus, & vitiosus, an exclusio etiam maneat adultera, meretrix, & inhonesta. pag. 204. col. 2.
 Etas.
 Ad maiorem in etate inter aequales consanguineos devolvitur maioratus. pag. 16. in sententia, & n. 20.
 In maioratus successione attenditur primo loco ad lineam, postea ad gradum, eo deficiente ad sexum, & post eum ad etatem. pag. 16. in sententia, & n. 20.
 In maioratus successione habent locum quatuor qualitates lineae, gradus, sexus, & etatis, & quomodo procedat, & intelligatur haec regula. pag. 76. n. 242. & n. 246. pag. 138. n. 437. & pag. 139. n. 440.
 In maioratus successione vocatus habet primum successionis locum, licet alij sint in meliori linea, gradu, sexu, & etate. pag. 87. n. 290. pag. 93. pag. 138. n. 437. pag. 139. n. 440.
 In maioratus successione quando consanguinei sunt in equali gradu, linea, sexu, & etate, & nullus secundum juris dispositionem succedere potest, quia maioratus est individuus, per iudicium sortis decidenda est quaestio, & successio secundum sortem ablatam iudicanda est secundum jus, & institutoris voluntatem. pag. 126. num. 434. & 435. & pag. 128. n. 436. & pag. 129. 130. 131. 132. 133. 135. 136. & 137.
 Non obstante Rei privilegio possessionis. pag. 128. n. 436. vers. defectu.
 Ad hoc ut cognoscatur ad maioratus successionem quis sit proximior per mortem ultimi possessoris, & in meliori linea, sexu, gradu, aut etate ad hoc ut subrogetur linea, & succedat, quis querendus sit ascendens. pag. 231. pag. 254. n. 102.
 Ex quatuor qualitatibus requisitis ad maioratus successionem, non est querendum de gradu nisi in ipsa linea, nec de sexu nisi in pari gradu, nec de etate nisi in eodem sexu. pag. 231. n. 33. & pag. 254.
 Et quando detur equalitas gradus, & lineae, & praecedat aliquis. pag. 234. num. 41. & seqq.
 Filius an possit representare sexum, vel etatem. pag. 236. n. 50.
 De Clericorum inclusione, vel exclusione a successione maioratus non solum propter Clericatum, sed etiam ratione incapacita-

tis contrahendi matrimonium, & habendi filios, descendentesque legitimos, & an possint ab institutore excludi, & an ex hac exclusione censeantur etiam exclusi impotentes, & feminae generationis incapaces propter etatem, aut incapacitatem, & quid si superveniat qualitas Clericatus post successionem. pag. 606. n. 1. & seqq. cap. 19.
 A maioratus successione non solum potest Clericus excludi propter Clericatum, sed etiam propter incapacitatem contrahendi matrimonium, & an ex hac exclusionem censeantur etiam exclusi impotentes, qui carent potentia coeundi, & mulieres, quae propter etatem habent incapacitatem habendi filios. pag. 615. n. 50. & seqq.
 Agnatus, Agnatio.
 Agnatorum vocatio seu inclusio ad maioratus successionem, an contineat exclusionem cognatorum, seu masculorum ex familia. pag. 3. n. 12. & 13.
 Maioratus quando sit agnationis, aut masculinitatis, regularis, aut irregularis, & feminae succedant, vel non in eodem gradu, vel diverso. pag. 30.
 In maioratu agnationis, aut masculinitatis, semper masculus etiam remotior alterius linea excludit feminas proximiores. pag. 72. num. 224. & pag. 73. & seqq. & pag. 92. & seqq.
 Ad maioratus successionem quando censeatur vocata femina proximior, vel non, & filia ultimi possessoris ad exclusionem filiorum, aut masculorum, & maioratus dicatur masculinitatis, ut succedere possint, vel non, vel sit agnationis. pag. 75. & seqq. pag. 92. & seqq. pag. 104. in sententia.
 In agnationis maioratu quomodo probetur matrimonium. pag. 169. n. 563.
 Maioratus quando dicatur agnationis, vel masculinitatis, & quis succedat in illo. pag. 212. col. 2.
 In maioratu agnationis non succedit femina. pag. 113.
 In maioratu masculinitatis an succedat masculus ex femina, & quid in agnationis maioratu. pag. 213.
 In maioratu agnationis succedit femina, aut masculus ex illa, ne maioratus extinguatur. pag. 213.
 Et tunc succedit femina proximior, d. p. 213. col. 2.
 Masculis ad maioratum vocatis, & in illorum defectum feminis, dum masculi existunt, datur agnatio, & quis succedat, & an habeat locum representatio. pag. 272. & 273. 274. 293. 299. 328. 329. 330. 332. 336. 416. 418. & seqq. 429.
 Maioratus

Maioratus successio non transit de una linea ad aliam nisi prima fuerit extincta, dummodo sit capax, & in illa non inveniatur exclusio, aut vitium reale, quod ad successores extendatur. pag. 436. Vel maioratus sit agnationis, quia tunc transit ad masculum alterius lineae. pag. 436. ubi explicatur.

Ad maioratus successionem quando concurrunt masculi ex femina proximiores ultimo possessori, & melioris lineae, & masculi ex masculis remotioris lineae, qui succedant, & vocatio masculorum, an comprehendat, tam masculos ex masculis, quam masculos ex feminis, & quando femina succedere possint, vel non in dicto maioratu, latissime resolvitur. pag. 469. num. 5. & seqq. usque ad pag. 492. num. 131. Vbi etiam quid data facultate nominandi, ubi etiam de agnatione agitur. pag. 487. 488. 489. & quando appellatione masculorum veniant masculi ex femina, & descendunt ex duobus, vel una femina, & p. 492.

Maioratus artificiosae agnationis, & limitatae, quis dicatur, & ex quibus verbis inducatur. pag. 495. n. 1. & seqq.

In maioratu artificiosae, aut limitatae agnationis tantummodo succedunt masculi ex masculis, & excluduntur feminae, earumque descendentes, licet propinquiores, & in meliori linea possessoris, & non admittuntur nisi subsidiarie post masculos extinctos, & quomodo, & quando procedat. p. 495. n. 7. & seqq.

Quando femina cum conditione contrahendi nuptias, aut matrimonium cum consanguinitate institutoris, & natis ex generatione aliqua excludat masculum ex linea masculina in maioratu masculinitatis, aut agnationis artificiosae, & limitatae, & ascendens excludatur a maioratu possessore a descendente, & valida sit talis conditio, & maioratus dicatur masculinitatis verae, vel fictae, temporalis, aut perpetuae, & quid operetur sententia in hoc casu lata, pro utraque parte multa referuntur, & iudicatum refertur. pag. 508. n. 70. & seqq. usque ad pag. 531.

De maioratu irregulari agnationis verae, & rigorosae, & an maioratus agnationis praesumatur, vel potius excludatur, & quando, & quomodo. pag. 532. n. 1. & seqq.

In maioratu agnationis verbum est Italianum, & incognitum olim in Regno Lusitaniae, & Hispaniae, & paucis abhinc annis usitatum fuit. pag. 532. n. 1.

Maioratus agnativus non praesumitur, neque intelligitur institutores voluisse facere ag-

nationis rigorosa, veraeque maioratum, nisi id clarissimis verbis institutor expresserit, & tunc non extenditur ultra casum expressum. pag. 532. n. 2.

Maioratus quando dicatur agnationis, vel masculinitatis. pag. 532. n. 4. & seqq.

Maioratus agnativus, an probeatur conjecturis, & quae sufficiant. pag. 533. n. 7. & pag. 534. n. 8. & seqq. & pag. 539. n. 30. & seqq. ad multa.

Quando in maioratu agnationis feminae censentur incluse, & masculi exclusi. p. 536. n. 13. & seqq.

Maioratus agnativus excluditur, quando fuit erectus, aut fundatus a femina, & quando vocantur feminae in aliqua parte, aut earum descendentes. pag. 538. n. 25. 26. & 27. explicatur n. 29. & p. 539.

Maioratus quando institutus est ab extraneo datur praesumptio exclusiva agnationis. p. 538. n. 27.

Maioratus agnatio excluditur quando vocantur naturales, & quare. pag. 538. n. 28.

Maioratus agnativus potest institui in femina eodem modo, quo in masculo, ita ut deficientibus masculis ex masculis, conservetur in femina, aut in eius descendentes, quando femina est ex masculi linea; tunc consideratur caput, ex quo nova linea masculina derivatur, & in hoc casu sicut masculus iudicatur, & quare. p. 538. n. 29.

Maioratum agnationis institutum fuisse, quibus conjecturis probeatur, & an in illo possit succedere femina, vel masculus descendens ex ea, & quando censeantur exclusae, vel non, tam ab institutore, quam a iure. p. 539. n. 30. & seqq.

Maioratus verae, & rigorosae agnationis continet in se varias species, & quae sint referuntur. pag. 548. n. 64. & seqq.

In maioratu erecto quando institutor fecit vocacionem masculorum multoties reiteratam, & multiplicatam inducitur praesumptio agnationis, vel quando vocavit masculos ex masculis descendentes per lineam masculinam. pag. 548. num. 65. & 66. & quare.

In maioratu agnationis tantummodo possunt succedere masculi ex masculis descendentes per lineam masculinam, licet sint remotiores, & de linea inferiori, & excludunt feminas, earumque descendentes, quamvis sint ex linea inferiori, & effectiva, & filia, vel sorores ultimi possessoris. p. 548. n. 67.

In maioratu agnationis tantum possunt succedere masculi ex masculis, & tunc nihil obstat consideratio melioris lineae, nec gradus.

- nec consanguinitatis proximioris, nec regula, quod de una linea in qua intravit successio non fit transitus ad aliam lineam nisi extincta, tunc enim queritur linea qualitatis, & non substantiæ effectivæ, etiam inter transversales, & tunc attenditur ad lineam qualitatis, & non substantiæ effectivæ. p. 549 n. 68. 69. 70. 71. & 72.
- Maioratus agnatio conservatur per masculos, sicut per feminas finitur.** p. 549. n. 73.
- Maioratus agnationis, ut non extinguatur, femina potest succedere etiam ad excludendam Coronam.** p. 550. n. 75.
- In maioratu quando masculus agnatus femina præfertur, ita, & masculo ex eadem femina.** p. 554. n. 18.
- Maioratus quando dicatur, vel non agnativus, vel masculinitatis, & succedat femina, vel masculus.** pag. 563. & 564. & pag. 565.
- In dubio potius censeatur maioratus masculinitatis, quam agnativus ad hoc ut femina admittatur, vel ex ea descendens.** Ibid. 565.
- Ad maioratus successionem quando femine vocantur post masculos, an illis existentibus etiam remotioribus, succedere possint, vel non, & maioratus dicatur agnationis intra dictos gradus, & an qualitas masculinitatis posita in prima vocatione censeatur repetita in alijs, & femine excludantur, vel non in gradibus sequentibus, licet proximiores sint, & an qualitas masculinitatis extendatur ad alteros gradus ultra expressos.** p. 572. n. 67. & seqq. & p. 573.
- Maioratus quando est agnationis rigorosæ, deficientibus masculis, si vocati sunt masculi ex filia, aut femina, & cæteræ exclusæ, per masculos ex femina vocatos conservatur agnatio artificiosa, & post primum succedunt masculi illius descendentes, sicuti succedere debent masculi ex masculis, & tunc cognati transformantur in agnatos veros.** p. 580. n. 94.
- Et an in hoc maioratu succedat femina, vel excludenda veniat, & an per illam conservetur agnatio.** Ibid. n. 95.
- In maioratu facta vocatione de masculis ad agnationem artificiosam introducendam non comprehenduntur femine, cum inveniuntur exclusæ, & non possint habere agnatos, sicuti fictione testatoris potest habere masculus, & illis deficientibus, ne maioratus extinguatur, potest succedere femina.** p. 580. n. 96. & 97. & p. 581.
- In maioratus successionem quando exclusus ex uno capite possit succedere ex alio, & quando femina exclusa specialiter possit succedere ex generali vocatione, & quando filius ex capite, Vnde liberi, exclusus, admittatur ex alio capite, Vnde agnati, vel cognati, & exclusus possit venire ad successionem, & recuperare, aut reintegrare ex vocatione generali successionem amissam ex capite speciali exclusionis.** pag. 581. per tot. & p. 582.
- Quando maioratus dicatur agnationis, & masculinitatis, & femine admittantur, vel excludantur.** p. 584. n. 108. & seqq.
- Maioratus præsumitur regularis, & non irregularis, seu agnationis, licet vocentur masculi multoties, & aliquando femina.** pag. 585. & 586.
- Maioratus agnatio non conservatur per naturales.** p. 624. n. 7.
- Ad maioratus successionem filius bastardus, aut naturalis non dicitur de familia, domo, aut agnatione institutoris, nec arma, & insignia illius deferre potest.** pag. 630. col. 1. & 2. 659.
- Ad maioratus successionem non admittitur spurius, aut naturalis natus ex damnabili, aut punibili coitu, nec dicitur de familia, domo, aut agnatione.** p. 653. num. 119. pag. 654. n. 124 & 125. Vbi etiam quod non sunt de linea, & ibi multa contra spurios, & p. 661. n. 149. & 150.
- Nisi institutor vocet spurios, quia tunc succedunt.** p. 654. n. 123.
- At vero si vocet naturales, tunc non censentur vocati illegitimi, nec spurij.** p. 654. n. 123. vers. pulchrum.
- Ad maioratum, an possit nominari spurius.** p. 655. n. 128.
- Alienatio, Alienare.**
- Ad quod extendatur prohibitio alienationis in maioratu.** p. 41. n. 118.
- In maioratus successionem quando positi in conditione censeantur vocati per testatorem, seu institutorem, & prohibitio alienandi inducat fideicommissam.** p. 456.
- Alternativa.**
- Alternativa quando habeat locum in maioratus successionem, & quomodo intelligatur.** p. 35. col. 2. & p. 36. & p. 37. ubi multa de alternativis.
- In maioratus erectione debet observari alternativa mensium, & secundum eam debet fieri maioratus erectio, aut in iudicio Ecclesiastico, aut seculari, ubi pertinet.** p. 261. col. 1. & p. 262. explicatur.
- In maioratus erectione sententia Iudicis Ecclesiastici secundum alternativam prolatam ad erectionem observanda est.** p. 261. col. 2. & p. 262. explicatur.
- Annexatio.**

A successione maioratus an excludatur Monachus, aut Monialis, quando institutio habet onus nominis, & tertiae annexationis. p. 27. n. 59.

Annexatio tertiae quando habeat locum ad maioratum, & clausula illius sit valida. p. 38. & p. 41. n. 117. & p. 42. n. 125.

Maioratus bona quando dicantur annexata ad unum, vel divisa, vel diversa ad hoc ut per unam institutionem regulentur. pag. 84. n. 282. & p. 85.

Maioratus quando fit annexatio, an sequatur illius naturam. p. 314. n. 271.

De clausula annexationis tertiae ad maioratum, & quando habeat locum. p. 232.

In maioratu quomodo, & quando habeat locum annexatio tertiae, & obligatio portandi nomen, & arma p. 590. 591. & 594.

Ad maioratum, an possint annexari bona emphyteutica. p. 631. n. 46.

Antiquus.

Ex antiquis documentis probatur consanguinitas, & quomodo. p. 128. col. 2.

In maioratus successione in re antiqua quomodo probetur consanguinitas, & quibus probationibus, & testibus proximitas, & ascendencia, aut descendencia probetur, & de probatione resultate ex antiquitate, & quando, & quomodo probet antiquitas, & quod dicatur tepus antiquum, & alia multa de antiquitate, & de requisitis ad eam probanda. p. 193. n. 673. & seqq. p. 206. & 207. 208. 214. 215. 216. 217. 218. 219. & pag. 220. 221. exornatur pag. 222.

Ad maioratus successione admittitur probatio antiqua, & in re antiqua testes de auditu cum alijs adminiculis, de quibus p. 220. & 221.

Appellatio, Appellatione.

In successione maioratus quando appellatione filiorum veniant nepotes. p. 449. 450. & 451. optime p. 460. 461. & 462. Vbi etiam quando censetur vocatus ex filiorum vocatione, & habeat preferentiam, & excludat patrum.

In successione maioratus in vocatione, aut appellatione fratris, an veniant soror, & ejus filij. p. 563.

Vide verbum nomen. Arma.

In maioratus successione quando vocatur consanguineus proximior, & cum gravamine armorum, an veniant naturales filij. p. 37. n. 100. & 101.

In maioratu quomodo, & quando habeat locum annexatio tertiae, & obligatio portandi nomen, & arma p. 590. 591. & 594.

Ad maioratus successione filius bastardus, aut naturalis non dicitur de familia,

domo, aut agnatione institutoris, nec arma, & insignia deferre potest. p. 630. col. 1. & 2. & 659.

Ascendens.

Ascendentes non admittantur ad successione maioratus. p. 24. n. 45. & 46.

Ad hoc ut cognoscatur ad maioratus successione quis sit proximior per mortem ultimi possessoris, & in meliori linea, sexu, gradu, & aetate ad hoc ut subrogetur linea, & succedat, quis quaerendus sit ascendens. p. 231. p. 254. n. 102.

Quando femina cum conditione contrahendi nuptias, aut matrimonium cum consanguineis institutoris, & natis ex generatione aliqua excludat masculum ex linea masculina in maioratu masculinitatis, aut agnationis artificiosae, & limitatae, & ascendens excludatur a maioratu possessore a descendente, & valida sit talis conditio, & maioratus dicatur masculinitatis vera, vel fictae, temporalis, aut perpetuae, & quid operetur sententia in hoc casu lata, pro utraque parte multa referuntur, & iudicatum refertur, p. 508. num. 70. & seqq. usque ad pag. 531.

B

Naturales verbo Bastardus.

Ad maioratus successione prima successio est filiorum, & qui dicantur bastardi, legitimi, illegitimi, naturales, spurij, aut nati ex damnato coitu, & quando possint vel non succedere, & probetur esse filios aliquorum, late resolvitur p. 140. n. 445. & seqq. & p. 141. 142. 143. 144. 145. 146. & seqq.

Et quid in filio legitimo per subsequens matrimonium. p. 141. n. 453.

Et quomodo probetur talis filiatio filiorum illegitimorum. p. 141. n. 455. & seqq. & p. 142. 143. 144. 145. 146. & seqq.

Et an praesumatur potius filius naturalis, quam spurius. p. 141. 142. 143. 144. 145. & 146.

Maioratum quando filius praetendit, aut hereditatem patris, & agit contra tertium, tenetur probare concludenter filiationem, & esse filium, & non sufficit assertio patris in testamento, neque probatio filiationis praesumptiva, p. 146. n. 469. 471. & seqq. & p. 162. & p. 169.

Contrarium refertur d. p. 146. n. 470.

Ex quibus praesumptionibus, & modis probetur filiatio ad maioratus, aut bonorum successione refertur singillatim discurrendo per illas. p. 147. n. 472. & vide verb. Filiatio.

Ad maioratus successionem filius bastardus, aut naturalis non dicitur de familia, domo, aut agnatione institutoris, nec arma, & insignia illius deferre potest. pag. 630. col. 1. & 2. 659.

Bellum.

In maioratus successione quando aliquis dicitur vivere per gloriam ad representationem introducendam, & lineam derivandam, pag. 418. & seqq. ubi de bello, & naufragio, & de eius descriptione, ubi explicatur, & quando fictio habeat locum, vel non.

Vide maioratus. Bona.

Bona maioratus quando dicantur annexata ad unum, vel divisa, aut diversa ad hoc ut per unam institutionem regulentur. pag. 84. n. 282. & p. 85.

Maioratus institutio licet non appareat, bona censentur vincularia si tempore longinquissimo, aut immemoriali uti talia possideantur, vide supra, & pag. 121. & pag. 122. & 123. ubi quando possessa a seniore sine divisione.

De bonis maioratus quando non constat, reservantur ad liquidationem. p. 241. n. 64. & pag. 243. n. 78.

Bona maioratus mutant naturam, & successionem per temporis lapsum, & prescriptionem. pag. 303. n. 225. 323. & quando, & quomodo.

De differentia inter bona Coronæ, & maioratus, & in quo consistat. p. 424. & 425.

Maioratus quando censeatur institutus temporaliter, vel perpetuo, ita ut extinguatur, & in ultimo bona maneat libera in ultimo vocato, & succedere possit hæres abintestato, & filij positi in conditione censeantur vocati, & positi in dispositione, & onus missarum inducat maioratum pag. 454. & 455.

Si probetur bona esse maioratus, & non inveniat institutio, regularis censendus est, & per regulas maioratus deferenda erit successio. p. 464. n. 4. 5. & 8.

Maioratus successio pertinet ad unum, nisi colligatur testatorem voluisse dividere bona in duos vocatos, quia tunc non succedit unus, sed fit divisio, & dicuntur duo maioratus, in quibus succedit consanguineus, & descendens vocati, licet omnia bona indivisa possiderentur ab uno. pag. 465. n. 9. & 10. & p. 466. 467. & 468.

Maioratus quando possint annexari bona emphyteutica. pag. 539. n. 32. & p. 545. n. 49. & seqq.

Ad maioratum, an possint annexari bona emphyteutica. p. 631. n. 46.

C

Caducare, Caducatio.

Maioratus erectio quando caducet ex defectu filiorum. pag. 460. 461. 462. & 463.

In maioratus successione non habet locum conditio, si sine filijs decesserit, aut filios non habuerit, ut maioratus erectio caducet, si filij existant, quia conservatur ratione perpetuitatis, & quocumque tempore deficient habet locum substitutio, & vocatio, quia talis conditio, si sine filijs, in maioratibus non dicitur resolutiva vocationis, aut substitutionis sequentis, sed tantum suspensiva lineæ vocatæ, dum filij vocati existerent. p. 463. n. 853. 854. 855. & quare.

Clausula.

In maioratus successione una clausula explicat aliam. pag. 234.

In maioratus successione, an sit valida clausula, quod filia non contrahat matrimonium absque licentia, & facultate patris, aut matris, & an ex contraventione veniat privanda, vel filius. p. 358. & 359.

In maioratu, an clausula prohibitiva ex cuius contraventione privandus venit successor, sit necessaria citatio, ut incurrat in penam. pag. 359.

In maioratu exclusio feminarum facta in aliqua clausula de per se absolute posita refertur ad omnes gradus, & ad omnes vocationes, sive talis clausula apponatur in medio, sive in fine. p. 582. n. 103.

Si in maioratu inveniat clausula, in qua semper, & in omni tempore femine excludantur, & masculi includantur, semper, & omni tempore, & omni casu succedunt masculi. pag. 586. n. 128.

In maioratu quando succedere possint Monasteria, Monachi, & Moniales, vel non, & ex quibus clausulis censeantur inclusi, vocati, vel exclusi. pag. 587. n. 1. & seqq. ubi ad varios casus exemplificatur, distinguitur, & resolvitur, & pag. 588. 589. 590. usque ad pag. 606. ubi etiam adducuntur coniecturæ, ex quibus probatur exclusio Monachorum; ubi etiam de Religiosis Societatis Iesu, & de eorum professione, & successione.

Capacitas.

Ad successionem maioratus habilitas, & capacitas attendenda est tempore mortis ultimi possessoris, & non sufficit superveniens. pag. 343.

Capella.

Inter Capellam, aut maioratum non datur diffe-

differentia quoad successionem. p. 22. n. 37.
Casus.

Certi casus inclusio est exclusio aliorum. pag. 3. n. 16.

Ad casum expressum solum restringitur inclusio, aut exclusio a maioratus successionem. pag. 4. n. 20. & pag. 4. n. 21. & pag. 4. n. 22. & seqq.

Et tunc casus omissus in dispositione maioratus non habetur pro omissis, sed pro tacite disposito. pag. 4. n. 27. ad fin.

In maioratus successionem, extincta prima linea vocata, succedit descendens ex secunda inclusa per vocationem alicuius, licet vocatus sit sub conditione si primus sine filiis decesserit, & ille filios habeat, quia sufficit, ut quocumque tempore deficiant, ut maioratus sustineatur, & transeat successio ad descendentes vocati in casu deficientiæ etiam per representationem. pag. 449. & 450. & 451. optime pag. 460. 461. & 462.

Causa.

An possit causam possessionis mutare possessor maioratus. p. 43. col. 1.

In maioratus causa si emergat questio spiritalis circa nullitatem professionis, aut matrimonij incidens, an iudices sæculares possint cognoscere, vel remittenda sit causa, vel suspendenda quousque per finalem sententiam terminetur. pag. 125. col. 1. & 2. & n. 428. 429. & pag. 126.

In maioratus successionem femina semel exclusa non semper manet exclusa, & solum durat suspensio, quantum durat persona, & masculus qui eam exclusit, & absque masculis linea ejus extincta poterit qui semel fuerit exclusus succedere, & in illo successio reintegrari, quia dicitur suspensio, & cessante causa exclusionis, cessat exclusio. pag. 438. n. 775. & seqq. & 439.

In maioratu quando exclusio feminarum dicitur suspensio, & cessante causa cesset exclusio, & feminae succedere possint, & earum impedimentum sit temporale, ita ut cessante eo admittantur, & masculi remotiores excludantur. pag. 573. n. 75. & seqq. & pag. 574.

De exclusionem feminarum facta ab institutore maioratus, quando turpiter cum flagitiosa feditate vivunt, aut inhoneste existunt, & an ex hac causa possint excludi ab institutore, & quare, & an filij possint succedere, & legitimentur per subsequens matrimonium. pag. 582. §. unic. n. 104. & seqq. & pag. 583. 584. 585. & 586.

Certus.

Ad maioratus successionem quando de certo gradu sit vocatio, non sufficit probare cor-

sanguinitatem in genere, sed requiritur probatio gradus specifica. pag. 228. 229. 230. 232.

Cessio, Cedere.

In successionem maioratus cessio, & transactio, aut renuntiatio, non obstat successoribus post mortem renuntiantis, sed tantum in vita ad fructus commoditatem, & an possit fieri cum extraneo, aut tantum cum consanguineo. pag. 130. col. 2. 131. 132. 133. 134. 135. 136. col. 2. & pag. 137. 138.

In maioratus successionem quid importet maioratus cessio, & an duret post mortem cedentis, vel extinguatur in vita, & quid dato litigio. pag. 266. & 267.

